rius est fructus. pu. iiii. Primi & purissimi fructus eius. heb. xii. Omnis disciplina &c. Hec est arbor uite ferēs duodeci fructus. apoc. xxii. scz glorie qui possunt elici ex uerbis Iob. xxii. Acquiesce deo & habeto pacem cu eo. & p hoc hebis fructus optimos. Et post. Si conuersus fueris ad omnipotentē edificaberis in celi susceptōe & dei ppetua uite mansionē. longe facies inqt iniqui. a tab. t. in plena peccati & tēptatōnis liberatōne. dabit tibi p terra silicem in fragilitatis tue cōsolidatione. & pro silice torrentes aureos in corpis & aie illuminatione & glouificatione &c. Item nota q pnia e uitis fructifera qua uidit picerna pharaonis. gen. xl. Videbam coram me uitē. cuius tres pagines sunt tres pnie pres scz contritō. confessio & satisfactio. que ferūt dictum fructu scz mie bonu & dignu. grē melius & dignu. glorie dignissimu & optimu qd & nobis deus cōcedat. Septimo p pnam uirtutes alie conferuane quas oportet custodiri cu armis. Penitentia est armatura dei. io cinis & cilicium arma sunt penitentium. eph. vi. Induite uos armaturā dei. ut possitis stare aduersus insidias dyaboli. Ro. xiii. Abiciam opa tenebrarū. & induamur arma lucis. ii. coz. vi. Per arma iusticie a dextris & a sinistris ut nō deponam arma ne simus inermes a dextris prospitatis uel a sinistris aduersitatis. Et nota q dyabolus multu timet arripe maxie in morte quos i ueit inuolutos aspitate pnie. sicut lupi timent canes qui hnt coliria circa colla ubi sunt ferrameta ul clauu acuti. Ite lutiis pisces dictos ptecas timet mordere aut arripe ppter aspitate scamaz & aculeos penulaz. Similiter canes hericios ppter aculeos quibus circūuoluunt. Silr cozi ostreas marinas qn eas inueniunt extra testā duram rapiūt & deuozant. qn aut eas inueiunt intra conchā uel testā duram tāgere nō audēt. Silr castaneā quā inueiunt in uolutam in pelle pūgenti aculeata & hirsuta. Silr demones in morte aias quas sine aspitate pnie inueiunt. rapiūt & deuozant. & quos inueiunt aspitate pnie inuolutos. glutire aut mordere nō audent. Ideo beatus Martinu cu deberet egredi a carne quasi cōtra dyabolum pugnatur. & rogarēt eum discipuli q saltim in tāta infirmitate corpis sui ciliciu & cinerē in quibus iacebat deponeret. dicebat. nō decet filii xpianu nisi in cinere & cilicio mozi. qz cu hii armis mortuus fuit. dyabolus i exitu suo eū detinere uel impedire non potuit. licet hoc multu uellet. ut reuelatū fuit beato Seuerino colōn. archiepo. Sepes spinosa custodit agru uel uinea ne subintrēt bestie. Eccl. xxxvi. Vbi nō est sepes diripiet possessio. Propter hoc iudith ad custodiā castitatis in supioribz domus sue cubiculū secretū sibi fecerat. in quo cu puellis clausa morabat. & hns sup lūbos suos ciliciu. Ieiunabat omibz diebus &c. iudith. viii. Silr Anna pphetissa filia phanuel. Luc. ii. beatus Iohannes baptista sanctificatus exutero

inductus erat pilis cameloꝝ. Esca autē eius erat locuste & mel siluestre. vinū & siceram nō bibit &c. & hec omnia p̄ sua sanctitate seruanda. **B**eatus autē **F**ranciscus cui reuelata fuerat suoz remissio peccatoꝝ. austeritatē nimiam seruabat in cibo. potu. uestitu & lecto. corpusq; suum durissime macerabat. dicebat ei malignos spūs duris & aspīs in fugam cōuertī. delicatis uero mollibꝫ ad temprandū fortī animari. **O**ctauo p̄ penitentiā p̄ximī puocant. si cut patz iōne. iiii. de rege ninīue. ad cuius penitentiā alii sunt ad silē puocati. **D**e beato **F**rancisco dicit q̄ corpus suo penas renouabat & onera. licet iam plene mortificatū esset p̄ penitentiā. s; qz sciebat se datū aliis in exemplū. custodiebat p̄pter alios uias duras. missus em̄ erat ad penitentiā p̄dicandam. ut penitentiā p̄dicando n̄ tam uerbo q̄ exemplo xp̄o lucraret aīas quas dyabolus conabat auferre. **A**d idē officium missus fuit. **I**o. bap. **V**n̄ **L**uc. iiii. **V**enit **I**ohānes p̄dicans baptisimū penitentię in remissionem peccatoꝝ. **V**n̄ sup̄ illud **M**atth. iiii. **I**oh. inductus erat pilis cameloꝝ. dicit glo. **Q**ui penitentiā p̄dicat. necesse est ut penitentię habitū p̄tendat. **A**d idē officium xp̄s asserit se uenisse. **A**d hoc idē misit ap̄los suos & discipulos. **V**n̄ **M**arc. vi. **P**redicabant ut penitentiā agerēt. & **L**uc. xxiiii. **O**portebat xp̄m pati &c. & p̄dicari in noīe eius penitentiā. s; anteq̄ eos ad p̄dicandū mitteret. scripsit formā uiuēdi. & p̄tatem dedit eis miracula faciendi. **N**ono penitens semetip̄m deo sacrificat. aīam quidē p̄mēdium dilectionis cū amaritudine cordis & tristitia p̄ peccatis. sic ait ap̄o. de quibusdā. ii. coz. vii. **Q**ue s̄m deū est tristitia penitentiā in salutē stabilem opat. corpus uero p̄ afflictionem mortificationis. s̄m illud **R**o. xii. **E**xhibeatis cozpa uestra hostiam uiuentē. sanctā. deo placentē. **I**ob. xlii. **I**pe me resp̄bendo. & ago penitentiā in fauilla & cinere nihil aliud est quā fauillam & cinerē se esse cognoscere. in fauilla fragilitas designatur. et dicit a fos q̄ est ignis. qz ex igne nascit. et ignē fouet. **V**n̄ fauilla a foueo. qz. fouet ignē. sic cōsideratio n̄re fragilitatis fouet in nobis ignē caritatis quā fouet huilitas. **I**n cinere uero cōsideratio mortis et resolutionis extreme et amaritudo penitentię et mortis. p̄s. **C**inerē tanq̄ panē manducabam et poc. m. cū fletu miscebam. **E**xemplū de penitentiā beati **M**artini et beati **G**ermani. **D**ecimo penitentiā glozificat. **H**ec ē arcta uia et angusta porta que ducit ad uitam. **M**atth. vii. **I**ntrate per angustam portam. qz lata est porta. & spaciōsa uia que ducit ad p̄ditionem. & multi sunt qui intrāt p̄ eam. **Q**uā angusta porta & arcta uia que ducit ad uitam. & pauci sunt qui inueniunt eā. **H**ec ē scala quā uidit **I**acob. gen. xxiiii. **Q**ue stabat in terra & sūmitas eius tāgens celum. & uidit angelos ascēdentes & descēdentes p̄ eam. & dñm in iuxā scale. **I**n terra quidē stabat scala. qz penitens stat in terra cozpaliter. s; sūmitas eius celos tangit. qz in celū ascēdit

dic mentaliter. & qz ip̄a scala introducitur in celum finaliter. p̄ hanc angeli ascēdunt offerentes deo & p̄ces & uota penitentiū. descēdunt uero ad cōsolandum. aiandum. dirigendū. tādē in morte ad deducendū in regnū. **B**ene ergo dicit dñs **M**atth. iiii. **P**enitentiā agite appropinquabit em̄ regnū celoꝝ.

DE QUALITATE PENITENTIE. DISTIN. QVINTA.

Quoniam nonū scz qualis debeat eē penitentiā. sciendū qz ad hoc qz sit salutaris requirit. **P**rimo qz sit fidelis id est facta in fidei cognitōne. ut nō sit penitentiā p̄fidorū. scz hereticoꝝ. aut alioꝝ infidelīū. qz sicut ait ap̄o. **h**e. xi. **S**ine fide impossibile est placere deo. **M**atth. i. **P**enitemini & credite euāgelio. & act. xx. **V**os scitis quō nihil subtraxerit uobis utilium. quo minꝫ docerē uos testificās iudeis atq; gentibꝫ penitentiā & fidem. **L**egit qz cum quidā heretici ī terra albigenis iactaret se cozā suis credentibꝫ de exteriori afflictōne afflūt quidā ioculatoꝝ qui dixit qz p̄barz roncinū suum melioꝝ ip̄is. qz si ip̄i nō comederēt carnes. nec ip̄e nec uinū biberet nec etiā panes comederet. si male iacerēt & ip̄e peius. **S**ed hec omnia plus deberēt p̄ficere equo. & omnia alia dura & aspa q̄ eis. qz ip̄i non credebant. s; fidei articulos discredebāt. **C**um autē sine fide nihil posset deo placere. nihil quod ip̄i facerēt deo placere poterat. s; facta rōcini sui deo plꝫ placere poterāt. qz & si nō crederet. tñ in nullo discrederet. & ita & in factis & in fide melioꝝ conditōnis erat eis. **I**tem in dyoc. cathalaneū. versus montē hysmeꝝ fuit quedā uerula alborea noīe manichea re. qz p̄pter erroꝝ suum nō comedebat carnes. nō oua. nō caseum & a multis s̄m secte sue doctrinā abstinebat non p̄pter deū. tñ tante fame erat qz omēs in cole ex hoc eā sanctissimā iudicabāt. q̄ etiā ad cōtegendū erroꝝ suum singlis diebus dñicis cōmunicabat. nec tñ in corpus dñicum fidem aut deuotōnem hēbat. **I**tem fidelis id ē fidelit facta sine fictōne ut non sit penitentiā ypocritarū qui exterminant facies suas ut appeant hominibꝫ ieiunātes. **A**mē dico uobis receperunt mercedē suā. **I**cē fidelis esse d̄z id ē itēgra s̄m diminutōne. ut homo fidelit de omnibus peiteat. cōtra illos qui nō de omnibus. s; sic de uno penitent qz in aliis pseuerāt. sic qui plures infirmitates h̄ns in cozpe. de vna querit remediū nō de aliis. aut extra aliq; plures inimicitie causas h̄ns. **D**e una uult recōciliari nō de omnibꝫ. sic qui de uno peitet non de omnibꝫ. de uno uult recōciliari deo. s; p̄ aliis remanet inimicus. **V**n̄ **G**reg. p̄ma p̄te euāgelii. omel. xx. **Q**ui sic alia peccata deplozat. ut cum alia cōmittat. adhuc penitentiā agē aut ignozat aut dissilat. **Q**uid em̄ p̄dest si peccata quis luxurie defleat. adhuc tñ auaritie estibꝫ hanelat. &c. **A**liqui uolunt esse sicut illa gēs que simul dñm & ydola colebat. iiii. **R**eg. xvii. **S**amaritani cū dñm colebant. nihilominus tamen diis immolabant.

Item in passione beati **S**ebastiani legit. qd cu romanus maximus & ditissim⁹ egrotaret g^o uissime .pmisit beato **S**ebastiano qd couerteret ad fidem si doceret eu medicamentu quo curaret. & ipe dixit qd si cofringeret oia ydola & baptizaret. curaret. qd & ipe fecit. uno receto scz solis & lune & stellaz. qd erat aureu & speciosissimu baptizat & no curat. Postqz autē penitens & cofessus est & destruxit symulacru qd retinuerat. apparuit ei angelus domini pfecte curans eu. **S**ilr non curat in aia penitens. nisi de omnib⁹ peccatis peniteat. **V**n dicit eze. xviii. **C**ouertimini & agite penitentiam ab omnib⁹ iniquitatib⁹ uris. & no erit uobis iniquitas in ruina. **I**te dz esse integra ut intus in corde peiteat. & extra opa pnie faciat **I**oel. ii. **C**ouertimini ad me in toto corde uro in ieiunio & fletu &c. ne sit ut hystrio qui signa solu exterius representat. **I**tem integra ut ea q sibi iniunguntē integre copleat. uel coplementu in firmo pposito habeat. **N**e sit ut maledicti iudei qui legē dñi gratanē susceperunt. & cito de uia qua pmiserat recesserunt uituluz aureu adozantes. exo. xxxii. **I**tem debet ee festina ut no sit pnia pigroz. qui tm procrastinant qd penitere no possunt. tu. qz semp peccado magis ac magis irretiunt in criminib⁹. in tantu qd cosuetudinis cathenam ferream non pnt irrupe. tu etiā quia deus iusto iudicio eis nec temp⁹ nec gram penitēdi cōcedit. apoc. ii. **P**nia age. si quo min⁹ ueniam tibi cito &c. **Q**ui sic dicerēt. tarde & inutilitē penitent i inferno. **S**ap. v. **I**ntra se pnia agentes. & p angustia spūs gemētēs. &c. **N**ota exemplum de **C**hrisaurio. **I**n uis. pa. dicit qd cu diceret cuidā sua cogitatio. cras penite. **R**ndebat ei. no cras qz crastina dies non ē nostra. s; hodierna pns ad hoc nobis ē data. cras dei uolūtas fiet. pu. xxvi. **D**icit piger. leo est in uia. &c. **V**ult dyabolus impedire & retardare hoīem sicut uenator tigridē cum insequit raptos catulos. habz em specula ut dicit que añ eam pncit. in quibus cu uidet similitudinem suā. retardat p illa credēs intra esse fetus suos. **V**no speculo fracto uidens se deceptum currēdo post uenatorē inueit aliud speculū. & i eo silr rēardat. & ita p diuersa specula successiue inuēta sic impedit ut non possit cōsequi qd insequit. **S**ic dyabolus uenator aiaz satagit impedire uolentes p pnia amissa recuperare. obicit em tot & tā diuersa obstacula. & impedimēta uaria que hoī nē impediunt. ne p pnia recupet qd p peccatum amiserat. **I**o dicit apo. i. coz. ix. **S**ic currite ut cōprehendatis &c. **I**deo cōtra pigros & desistentes dicit **I**ere. xlvi. **Q**uo uidi eos pauidos terga uertētes quibus facit dyabolus. ut sit puero illō qd gallice dicit barbo. ut retrocedant ad modū pueri. **C**ū cogitant qd intrabūt ordiē. opponit dyabolus eis illius ordis aspītatē uel difficultatē. cū cogitant trāsfretare obicit ei picula uie. cū cogitant aliā pnia facere. obicit eis ea que sunt i eis difficilia mo-

nendo ut ab ea retrocedant. **I**o fit eis sicut dictum fuit cuidam furi iudicato ad mortē qui rogauit iudicē ut suspēderet eu in quercu qua peligeret. & cū concessisset ei duct⁹ in siluā de omni quercu qui ondebāt ei dicebat. nec hāc eligo ut suspendar in ea. **I**o reductus ad iudiciū iudicis iudicatur qd puniret omni gne tormentoz. **S**ic erit de homine qui in pnti non uult facere aliqz pnia. in futuro omni genere tormentoz puniet. **I**o beatus. **B**erñ. **C**ōtra pigros dicit. **D**ebes pperare o pētōz ad angeloz societate. debes suspirare ad amissam hereditate. debes aspirare ad pmissam felicitatē debes excutere remissam uolūtatē. debes flere cōmissam iniquitatē. **T**ertō debet ee humilis. qz debet se reputare maximū peccatozē qz qzto coram deo se plus huiliauerit. tāto maiorē apud deū gram obtinebit. exemplū. **L**uc. xviii. **D**e phariseo & publicano qui se iustificabat. & de bonis suis opibus iactabat. dicens deus grās ago tibi. qz no sum sic ceteri hoīm ieiuno bis in sabbato &c. **Q**uarto pnia debet esse uolūtaria & spontanea no coacta uel inuita. ut est pnia mcarceratoz uel uiolenter suspensoz. i. pet. iii. **N**emo urm patiat ut fur aut homicida. ut patiebāt latro sinister. **L**uc. xxiii. **E**t symō cyreneus de quo ibidē habet q non uoluntarie. s; coactus portauit crucē dñi **E**cōtra canē. vi. **S**urrexi ut apirem dilco meo. man⁹ mee distillauerūt mirrā primā. **P**rima mirra est que no egredit p aliquā uiolentiam incisionis alicuius. uel p aliam uim. hec ē penitentia spōtanea. **N**on ē talis penitētia pyrrhataz qui p uiolentiam & timozē tempestatis penitent & cofitentē seueritate reddita deteriorēz fiūt qz ante talis fuit pnia anthyochi. ii. **M**ach. ix. **V**bi uerba pnie uidentē pntendere s; in fine dicit. hic ozabat scelest⁹ ad dominuz a quo non eēt misericordiam consecuturus. **Q**uinto pnia debet ee amara i corde & dura seu aspa in cozpe. **A**mara quidā & gemens debet esse. ut doleat hō de peccato cōmissō. & de bono amisso. & de deo offēso. ysa. lix. **R**ugiemus qsi vrsi. & quasi colūbe meditatēs gemem⁹. **T**alis erat penitētia **E**zechie regis. ysa. xxxiiii. **R**ecogitabo tibi omēs annos meos in amaritudine aīe mee. **E**t dauid dñtis. **L**abora ui ingemitu meo. iō afflictus sum & huiliat⁹ sum nimis. rugiebam &c. **N**o debet esse pnia freneticoz qui rident qn debent flere de uinculis & infirmitatib⁹ suis. eccl. ii. **R**isum reputauī errozē &c. **D**e exēplis huius amaritudinis nota infra de cōtritione. **D**ura uero & aspa debet ee cozpi. licet sit intus suauis mēti amanti. **M**at. xi. **I**ugū meum suaue est. qz ut ait aug. de uerbis dñi. omnia seua & immania. facilia & ppe nulla facit amoz. **P**nia est ut nidus auis qui est byspidus & spinosus exteri⁹ in carnis penalitate. intra mollis & suauis in mentis suauitate. **E**cōtra mali sunt albe spine filles. qz hnt extra carnis suauitatez & mundā flozem. intra spinas conscientie remordentis.

Baruch .iii. Sunt albe spine siles &c. Contra anima sancta ut dicitur canē .ii. est sicut lilium inter spinas. Huius est contraria penitentia uoluptuosa. Sunt enim aliqui siles muri qui elegit nificare ut dicitur in lardo. s. scindentis cultellu & dentes caroz non euasit. Sic sunt aliqui qui loca eligunt ad penitentiam agendum ubi delicias non amittant. s. potius inueniant. s. isti non euadent gladiu sine dīne. nec dentes infernaliu cattoz. Itē sunt siles morbo regio. qui ut dicit Hiero. sequuntur cibos regios. qui autē sunt de genere xpi ut Iohānes baptista assueti duris & aspīs effugient uentura iram. De hiis omnibus predictis dicitur. Job .xlii. Ipe me reprehendo. ipe inq. non alius. ecce q. ē uoluntaria & ago penitentia. ecce q. est festina. q. signat ago q. est pūnis tempis. in fauilla. ecce q. ē huilis. & cinere. ecce q. ē amara cordi & dura corpi. Sexto debet fieri rōne dīne offense. non ppter dānum tempale. sic Esau qui ppter amissionem iuris plāgebat. de quo dicitur. he .xii. Esau ppter unam escā uendit primogenita sua. Scitote enim qm̄ postea cupiens hereditare bndictionem reprobatu est. non enim inuenit locū penitentie qz cū lacrimis inquisisset eam. non ppter afflictionem corpi ut anthyochus. non ppter timorem gehēne uel ppter timorē cōfusionis & ignominie. sic latro qui ppter timorē suspensionis uel deprehensionis dimittit furari. talis enim fm̄ ueritatem est homicida uel fur & damnabilis apud deū. eccl̄ .v. Sup̄ furem ē confusio & penitentia. Peccator enim pncipaliter penitere debet de hoc q. offēdit deum. Secundario dolere potest & debet q. meruit inferni suppliciu. & de omnibus damnis aliis que incurrit. Septimo debet hō penitere in spe uenie ut non sic sicut penitentia iude. de quo dicitur. Math̄ .xxvi. Videns iudas q. damnatus ē penitentia ductus retulit triginta argenteos. & abiens laqueo se suspendit. Octauo penitentia debet esse de peccatis secretis secreta ad occultandū. p̄ manifestis uero manifesta ad scādalum uel in famiā extinguendū. Secreta quidē. sic fuit penitentia beate Cecilie que sub uestib⁹ aureis ciliciū hēbat. Vt beati Nicolai qui dādo auz̄ querebat tenebras ut beati Thome cantuari. qui sub p̄ciosis uestibus ciliciatus totus erat. & qui in secreto clauū pedes paupum lauabat. Itē ut iudith .viii. Que inclusa in cubiculo secreto dom⁹ sue cilicium ad lūbos suos habebat & ieiunabat &c. Itē hester .xv. Que sub colore roseo & habitu regio celabat tristē aīm nimio timore. & dolore cōtractum. De hac penitentia in uis. pat. ponuntur duo exempla. Primum est. qz sancti p̄res in uenerūt in heremo mulierē post mortē eius q. in habitu uiri & monachi artissimā uitā & secretam longo tpe egerat. Itē cum duo fratres rogarēt dñm in heremo ut oñderet eis ad quā mensurā puenerant. R̄sum ē eis q. nunduz puenerāt ad mensurā Eucharīi pastozis ouiu & uxoris eius. Requiere sup̄. Pr̄mo manifestis autē & enozimibus debet esse manifesta ad scan-

dalum. uel infamiā extinguendū. Illi nāq. q. non erubuerūt uulnus incurere. & alios exemplo suo scādalizare. non debent erubescere uulneris medicinam. Uulnus corruptū & corruptū pens ē peccatū euidens. medicina uulneris manifesta penitentia. Hāc fecit rex ninīue cū suis Ioh̄ .iii. Talis fuit penitentia achab .iii. Regum .xxi. Qui post uerba Helye indutus est sacco. ieiunauit & ambulauit demisso capite. Talis fuit penitentia Theodosii impatoris in triptita hystoria libro .ix. Qui ppter quoddā delictū thessalonicensiu fecit occidi nocētes cum multis innocentibus. qui cū uenisset apud mediolanū a beato Ambrosio ab eccl̄ia eiectus est. & publicā humiliter egit penitentiam. Non penitentia debet esse pseuerans. & firma. ut p̄ nulla aduersitate uel p̄speritate dimittat. heb̄ .xii. In disciplina pseuerate filii. Math̄ .x. Qui pseuerauerit usq. in finē saluus erit. Talis fuit penitentia beati Martini qui nec in infirmitate grauissima nec in morte uoluit ciliciū deponere. nec de cōsuetā penitentia aliqd̄ relaxare. Hoc exemplū ostēdit nob̄ dñs. qui nec ppter dolores corpi nec ppter derisiones astantiu. nec ppter pmissionē dicentiu. Si rex israhel est descendat nunc de cruce & credimus ei. nec ppter lacrimas amicorū uoluit de cruce descēdere. ut exemplo suo edocti inchoatam penitentiam nullaten⁹ deseram⁹. Bezn̄. Nos quicūq. sequimur caput n̄m. non celsamus agere penitentiam. non celsamus tollere crucē n̄m pseuerantes in ea. sicut xps pseuerauit donec dicat sp̄s. ut requiescamus a laboribus n̄ris. Neminē audiamus fratres. non carnē & sanguinē. non sp̄m qzlibz descensum de cruce suadentē. p̄sistamus in cruce. moriamur in cruce deponamur alioz manib⁹ non n̄ra leuitate. caput n̄m deposuerūt uiri iusti. nos uero dignatione angeli sancti deponant.

DE CONTRITIONE. DIS. VI.

Dicitur dictū est de penitentia in gñali cōsequētē considerandū est de p̄tib⁹ eius. circa q. cōsideranda sunt duo. Primum utrū cōtritiō cordis. cōfessio oris. satisfactio opis sint p̄tes penitentie. Secundo de singulis eaz̄. Circa primum sciendū. q. penitentia q̄drupliciter p̄ accipi. uel p̄ penitentia q. est uirtus. uel p̄ actu talis uirtutis. uel p̄ passione qzq. concomitante actum uel p̄cedente uel sequēte tanqz effectus cām. uel p̄ penitentia que est sacramentuz. Primum modo tria p̄dicta non sunt p̄tes eius. qz sic ē forma simplex. Secundo modo sunt p̄tes penitentie quasi subiectiue. qz de qualibz eaz̄ p̄ dici. q. est actus penitentie. non tamē ad plenuz partes sunt subiectiue. qz esse actū penitentie non cōuenit equalit̄ cuilibet illaz̄. qz pncipaliter cōuenit cōpunctioni cordis. cōfessionī autē & satisfactio in exteriori cōuenit inq̄rtum p̄cedunt ex cōpunctione interiori. Tertio modo non sunt p̄tes penitentie. sed quarto modo sunt partes penitentie integrales. Sacramētū enim penitentie sine tribus p̄dictis non integrat̄. Cū enim in sacramēto penitentie fiat emēda uolūtaria p̄ uiam iudiciū

uoluntarie suscepti. requiritur ibi quedam citatio ad uoluntarie subeundum illud iudicium. & hec est cordis compunctio. & coram iudice ueritatis confessio. & secundum arbitrium iudicis satisfactio. uel in re uel saltem in proposito. si in ope exteriori impleri non potest. Nec oportet quod omnes presencie sacramenti mistrentur ab alio. quia non est necesse quodlibet sacramentum secundum totum quod est ab alio ministrari. sed secundum aliquid eius. A sacerdote autem ministratur absolutio. In sacramentis autem in quibus actus hominis non est materia sacramenti sicut est in baptismo & confirmatione. omnes partes sacramenti ministrantur a ministris ecclesie.

Deinde considerandum est de singulis partibus presencie in speciali. & primo de contritione. Secundo de confessione. Tertio de satisfactione. Circa primum scilicet de contritione consideranda sunt octo. Primo quod sit contritio. Secundo utrum attritio possit fieri contritio. Tertio de quibus dicitur esse. Quarto quantum debet esse dolor contritionis. Quinto quantum debet durare. Sexto de hiis que mouere debent ad contritionem. Septimo qualis debet esse contritio. Octauo de utilitate & effectu contritionis. Circa primum sciendum quod diffinitio contritionis sic. Contritio est dolor uoluntarie assumptus pro peccatis cum proposito confitendi & satisfaciendi. Ad cuius euidenciam nota quod sicut in materialibus durum dicitur quod non cedit tactui. & secundum philosophum in iii. methaphisicorum. Frangi dicitur quod diuiditur in partes magnas. & comminui quod redigitur in paruas partes. ita per quendam similitudinem in spiritualibus dicitur cor hominis durum quod digne in inspiratione se tangenti non cedit. sed obuiat persistendo in affectu peccati. Frangi uero dicitur quando a peccato recedere incipit. Quis nondum plene ad deum conuersum sit. contritio uero dicitur quando in eo totaliter destruitur affectus peccati quod est resilire plene a peccato. hec autem resiliencia quidam dolor est. non passio appetitus sensibilis. sed secundum quod dolor accipitur pro displicentia uoluntatis. Et quia hec displicentia secundum quod est genus contritionis est meritoria. & nullum bonum est meritorium nisi sit uoluntarium. ideo additur hic. quod est uoluntarie assumptus tanquam dicitur determinans displicentiam ad genus moris. & quia uoluntaria displicentia esset mala si esset de bono. ideo dicitur de peccatis. & per hoc illa displicentia determinatur ad bonum moris. Et quia predicta diffinitio datur de contritione non ut est actus uirtutis tantum. sed ut est pars sacramenti. ideo subiungitur cum proposito confitendi & satisfaciendi. Aliam diffinitionem ponit ysaia. in libro de summo bono dicens quod compunctio cordis est humilitas mentis cum lachrymis proueniens ex recordatione peccati & timore iudicii. Hec autem diffinitio differt a prima. quia prima datur de contritione quantum ad esse in quo describitur per comparationem ad terminum a quo. cum dicitur compunctio scilicet contra delectationem que fuit in conuersione. & per comparationem ad terminum ad quem. cum dicitur humilitas mentis contra inobedientiam que fuit in auersione. & quo ad effectum

dicitur. cum lachrymis. & quo ad duplex motum quorum unum est offense consideratio que intelligitur in peccati recordatione. alterum est timor presencie qui intelligitur in timore iudicii. Circa secundum scilicet utrum attritio possit fieri contritio. dicendum quod contritio dupliciter potest accipi. uno modo per actum presencie elicito a uirtute penitentie formata caritate. Alio modo per actum formatum penitentie elicito non mediante aliquo habitu penitentie. uel a presencie informi. que postea caritate formatum illo actu adhuc durante. Primo modo loquendo de contritione attritio non potest fieri contritio. quia idem actus in nouo elicit non potest a penitencia informi. & post hoc elicit a presencie formata. quia uoluntas mouens ut formata uice tenet duorum motorum. a quibus non potest esse idem motus in nouo. Preterea actus elicito a penitencia formata est eadem ordine nature posterior. Actus autem elicito a presencie informi est ordine temporis uel nature priusquam presencie illa sit formata. Secundo modo loquendo de contritione attritio fieri potest contritio. quia quicquid motus uoluntatis sit simplex & in instanti quantum ad suum esse. potest tamen tamdiu manere unum idem in numero quousque presencie a qua elicito est caritate formatur. per cuius formationem actus ille efficitur contritio. quauis elicito fuerit a presencie informi. Circa tertium scilicet de quibus dicitur esse contritio consideranda sunt tria. Primo utrum de omnibus peccatis debeat esse. Secundo utrum de omnibus simul. Tertio utrum requiratur de singulis contritio specialis. Ad primum dicendum quod in omni peccato mortali est actualis auersio a deo. & conuersio ad peccatum. ideo cum contraria curentur contrariis oportet quod in omni remissione peccati mortalis sit actualis auersio a peccato & conuersio ad deum. hec autem auersio appellatur contritio. duritia enim uoluntatis manentis in peccato non tollit nisi per uoluntatis omnimodam fractionem que appellatur contritio. Sed quomodo potest haberi dolor contritionis de obliuiscitis. Dicitur quod quando homo totaliter est obliuiscens. sufficit contritio generalis. quando uero recordatur in preterito. debet conari ad recordandum & dolendum in speciali. Quid si non sufficit contritio generalis. Similiter dicitur de hiis que per ignorantiam fiunt. Duplex est ignorantia. quedam que tollit omnino uoluntarium sicut in furioso & dormiente. talis excusat a toto. ideo de talibus non requiritur contritio specialis. Alia est ignorantia que non omnino tollit uoluntarium. & talis non excusat a toto quousque excuset a tanto. Eodem modo dicas de hiis que per coactionem fiunt cum displicentia uoluntatis. Est enim coactio quedam uolenta omnino. ita quod nullo modo est ibi aliquis uoluntatis assensus. sicut si quis uolentem compellat ydolis immolare. Alia est coactio inducens. & talia licet sint in uoluntaria simplicitate. sunt tamen uoluntaria secundum quod uoluntate copatiua non absoluta. Ad secundum scilicet utrum requiratur contritio de omnibus simul. dicendum quod duplex est contritio. quedam specialis. quedam generalis de omnibus. Prima est dispositio remota ad gratiam. quia quodlibet homo de uno peccato contritio

sine aliis nō dum mereat iustificatōez. Secūda uero est dispositio imediata ad iustificatōem & hec requiritur simul de omnib⁹ in eodem instanti. **Alia nō.** **Ad** tertiū scilicet utrum de singulis peccatis requiratur cōtritiō spēalis. dicendum q̄ deus nō requirit ab hōīne impossibile. s; solū quod hominī ē possibile. Vñ si potest haberi cōtritiō spēalis siue añ siue p̄. tunc requiritur. si autē non potest haberi tūc sufficit generalis. nam in momēto potest homo cōteri. s; ī momēto nō potest cōteri de singulis sigillatim s; postea si habet tempus debet cōteri de eis.

Arca quartū sc; q̄tus debet esse dolor cōtritiōnis tria uideāda sunt. **Primo** ut requiratur dolor sensibilis. **Secūdo** utrū d; esse maximus. **Tertio** utrū debet esse maior de maiorī peccato. **Ad** primum dicendū q̄ sicut dicit **Criso.** vnūquodq; p̄ quas cās nascit̄. p̄ eadē dissoluit̄. Ergo cum peccatū sufficiētē p̄ solū actum uolūtatis possit nasci. sufficiētē p̄ solū actū uolūtatis a pre nostra cū dei grā potest dissolui. Cum ergo habere dolozē uoluntariū id est peccati displicētiā semp sit in hōīs postestate. habere uero dolozē sensibilem nō semper. iō deus nō requirit dolozem sensibilē de cōtritiōnis necessitate s; de eius p̄fectione.

Ad s̄m dicendū. q̄ in cōtritiōne duplex est dolor. vnus in uolūtate qui nō ē aliud q̄ peccati displicētia. & in hoc cōsistit essentia cōtritiōnis. Alius in sensualitate qui catur ex p̄mo dolozē. uel s̄m necessitatē nature ex motu superiorū uirium q̄ sequunt̄ inferiorēs. uel s̄m electōnem p̄t uoluntas excitat dolozē illum

Primo ergo dolor debet eē maximus in ḡne sc; sp̄atione alioz doloz. qz q̄to aliquid magis debet placere. tanto eius oppositū magis debet displicere. nō tñ oportet q̄ sit maxim⁹ in specie huius dolozis sicut q̄libet amor caritatis est maximus in ḡne. s; nō in sua specie. **Secūdo** uero dolor nō oportet q̄ sit maxim⁹. Tū quia uires inferiorēs magis mouent̄ ex apprehensione obiectoz. p̄p̄ioz. q̄z ex redundātia superiorū uirū. tū etiam. qz nō requirit̄ ad cōtritiōnem de necessitate s; de p̄fectione. **Ad** tertiū dicendum q̄ duplex est dolor cōtritiōnis quidam ḡnalis qui ē imediata dispositio ad iustificatōnem. qui ē de omnibus peccatis in q̄z tum sunt offēsa dei. hoc dolozē doler quis magis de maiorī peccato habitualit̄. nō actualit̄

Ali⁹ est dolor spēalis. & hic ē duplex. quidam spūalis. hic debet esse maior de maiorī peccato eo q̄ habet maiorē rōem dolendi. alter sensibilis. hic etiā cōueniēs ē ut sit maior. qz maiorī effense maior pena etiā sensibilis debet. s; tamen nō est necesse q̄ sit maior. qz sine ea potest esse uera cōtritiō. **Circa** quintū sc; quantū debet durare dolor cōtritiōnis cōsideranda sūt duo. **Primo** utrū post remissionē peccati debeat in hōīe esse cōtritiō. **Secūdo** utz post hāc uitam sit cōtritiō in hīs qui sunt in purgatorio

Ad primū dicendū. q̄ sicut dicit **Hug.** de sancto **Victore.** deus q̄n absoluit hōīem a uis

eulo peccati. ligat eum uinulo p̄petue detestatiōnis eius. s; detestatio p̄petua duplex ē. quedam in habitu. **Ad** hanc tenet̄ semp hō. etiam post peccati p̄fectam remissionem. Quedam ī actu. ad hanc nō. **Ad** s̄m dicendū q̄ in cōtritiōne tria sunt sc; actus dolozis. forma grē actū eliciētis. & effect⁹ meriti satisfaciētis. In beatīs non est dolor. in damnatis non ē grā in hīs qui sunt in purgatorio non est meritum. **Ideo** in hīs trib⁹ ḡnibus p̄p̄ie nō ē cōtritiō. s; in solis uiuentibus.

DE MOTIUIS AD CONTRITIONEM. DISTINCTIO. VII.

Arca sextū sc; de hīs q̄ mouere debent ad cōtritiōnem. sciendū q̄ deus hōī dolozē cōtritiōnis imitētis facit eum ī sui status cōsideratōne in peccatoz suoz inquisitione. in totius uite sue discussione. diligentissime circūspectū. Vñ facit eum silem sanctis aīalibus de quibus dicit̄. eze. i. q̄ corpus eozū plenū erat oculis in circuitu. & p̄ totū. **Et** apoc. iiii. dicit̄ q̄ plena erāt oculis intus & in circuitu p̄ totum. Itē facit eum silem paulo q̄z ī sua uersionis exordio circūfulsit lux de celo. act. ix. **Item** debet peitens esse silis agno habentē septē oculos. apoc. v. **Item** lapidi. de quo. zach. iii. dicit̄ q̄ erāt septē oculi in lapide uno. qz deus p̄ grām suam penitentem illuminans dat ei septē cōsiderationes. ut sc; sup̄ se. intra se. infra se. añ se. post se. ad dexterā suam respiciat & sinistrā. Nam ad ista septē se cōuertens. vñd; qz uidet & inueit̄ materiā dolendi. & de peccatis suis p̄teritis peitendi.

Primo quidē si sup̄ respiciat uidet se eterna hereditate p̄uatum. a sanctorū oīm cōsortio exclusum. a dei glorioza uisione. & incōprehensibili suauitate fruitōnis a biectum. a gemiā corpis & anime gloriōficatione frustratū. & multa talia. q̄ si diligētē & p̄funde respiciat. meditet̄ & rumiet̄ in ueit̄ occasionē & materiā amarissime peitendi. **Secūdo** si intra semetip̄m inspiciat. uidet se donis diuine grē spoliatū. uirtutib⁹ nudatum. peccatoz spurcitiis fedatū. & fetidū horrendis maculis deturpatū. & abhōiabilem esse factū. **Cōmunicatōe** spūsancti & omnibus ecclesie sancte suffragiis p̄uatum. in hōīs naturalibus vulneratū. **Videt** in se rōnalem p̄ ignorantia obfuscatā. cōcupiscibilem sic equū sine freno vñd; ad illicita relaxatā. irascibile p̄ malitiā dep̄uata. **Videt** in templo cordis sui abhōiabilia & horrēda ydola sc; ymagēs abhōiabilium peccatoz. **Vid; se** bonis omnib⁹ destitutū. & in uitioz p̄funda uozagine iacetem. & exire siue resurgere peitus impotentē nisi deus misericors manū ei porrigat adiutricem. & summus medicus aīaz a suis lāguozibus & despatis uulnerib⁹ ip̄m sanet. **Ad** hoc multū ualēt illa que sup̄ius dicta sunt de peccato in ḡnali ubi oñsum est q̄ta mala faciat ī aīa. que diligētē inspecta mouere debēt ad omne peccatū detestanduz. **Tertio** si p̄ctōz infra se respiciat uidet sibi patū eternū iferni

Supplicium nisi digne peniteat. Require de hoc multa sup̄ de inferno. Et si penitet videt nibi lominus sibi patam purgatozii penā nisi penitentiā cōdignam hoc cōpleat. de hoc Require sup̄ de purgatozio videt etiā sub se corpus suum quod nimis diligēdo fouēdo. ipinguan- do miseram ei aīam subiugauit. & eius occasi one ad penas ppetuas obligauit. **Quarto** si retro se respiciat. uidet uite sue pterite p̄auitatem. t̄p̄is amissi p̄ciositatem & irrecupabilitatē moꝝ acquisitoꝝ assuetam p̄uersitatē. & mlt̄a talia. **Quinto** si ante se respiciat uidet mortis exitū. p̄p̄inquantē. & multa talia. De hoc req̄ re sup̄ de morte. Debet etiā aī oculos suos po nere dñm ihm xpm p̄ peccatis suis morte dā natum. imensis iniuriis. cōtumeliis. & suppli cūis afflictū. cōsputum. colaphis cesum. irrifuz crucifixū & mortuū. Debet inspicere diuinuz & horrendū iudiciū &c. De hoc require supra de iudicō timendo. **Sexto** si respiciat ad si nistrā. vidz hostes iuisensibiles insidiātes. icel santes temptare. deicere. mactare. iugulare & ad infernū trahere cupiētes. a sinistris ē sunt hoies p̄uersi iusticie opp̄ssoꝝes. Alios suis p̄a uis exemplis & morib⁹ corūpentes. Sūt etiā in hoc mundo opp̄siones innocentū. geitus & afflictōnes paupum. p̄speritas malignan tiū. sune etiā ibi infirmitates cozpales & sp̄ua les &c. De hoc require sup̄ de mudi piculis.

Septio si respiciat ad dexterā uidet bona tā cozpalia q̄z sp̄ualia quibus abusus est. & eoz largitoꝝe de suis bñficiis ipugnauit. dei misericordiam otempit. sanctos omes oīra se pro

Ualent etiam ad contritōnem. **U**ocauit. p̄ peccatis acquirendā duodecim que se quunt. **P**rimū est cogitare frequentē q̄ & q̄ta sunt q̄ per peccatū amisit seꝝ regnū eternū. de um. seipm. ecclie p̄cipiū. sc̄toꝝe ōfortiū. quod aī fecit bonū meritoziū. tempus suū. opus & laborē suū. &c. multa. **S**ecūdo mouet ad hanc cogitare q̄ & qualia quā enozmia & turpia et vilia & magna sunt q̄ cōmisit. **T**ertio cogita re q̄ omisit que facere debuit. uel q̄ ea q̄ fecit nō fecit ut debuit. **Q**uarto cogitare in quot et q̄ta mala p̄ peccatū deueit. & quot damna & incōmoda peccādo incurrit. **Q**uod patz supra de effectibus peccati q̄ p̄ctm̄ homini sup̄ omnia nocet. **Q**uinto mouet ad hanc cogitare quos offendit. uidelicz deū & angelos. & omes san ctos quos peccādo magis uidet lesisse q̄z regē francie si ei regnū suum abstulisset. cū de eius glia plus gauderent in celo q̄z aliqs rex possit gaudere de aliquo regno terreno. **S**exto cogi tare que mala p̄pter peccata sua p̄meruit scili cet exberetationem. spoliationem. fustigatio nem. eternam damnatōnem. dei iudiciū eter num supplicium. **S**eptimo cogitare q̄tum & q̄ liter. & p̄ quo p̄mio. & in quo seruitio. & qui bus seꝝ uitiis & demonib⁹ seruiuit. **O**ctauo q̄ & q̄ta & qualia p̄ peccatis suis xps sustinuit **N**ono mouet ad hanc spes recupandī p̄ peni tentiā q̄o homo pdidit p̄ culpam seꝝ grām &

ueīam & gliam. **D**ecimo monet ad hoc. fletus mūdanoꝝ p̄aze utilis. uel omīno inutilis. imo aliquādo noxius. q̄z peccatoꝝ cōcipit qñ uidet mūdanos tm̄ flentes p̄ rerū inutiliū amissio ne. & p̄o puoꝝ incōmodoꝝ in cursione. **V**n decimo mouere debet ad hoc. lesio & corrup tio ī se dīne ymaginis. **D**uodecimo cōsideratio diuine bñficiētie & sue ingratiūdis.

Ora septimū seꝝ qualis debeat esse ōritio. **O**sciendū q̄ homo uere ōritus dolere debz & lugere ad modū istaz̄ quatuordecī p̄sona rū. **P**rimo ad modū exberedati ut filii isrl̄. sup flumīa babilonis sue patrie. q̄ exberedati erāt recordantes. ut Esau p̄iuatus p̄na bñdictio ne. gen. xxvii. **V**t Dauid expulsa regno. fu gatus ab Absalon. ii. Reg. xv. **S**ecūdo debet dolere ad modum spoliati. **M**ichee. i. Plangā & ululabo. vadam spoliatus & nudus. **A** qui bus spoliatur bonis. p̄z sup̄ de effectib⁹ pec cati. quō peccatū spoliat. **T**ertio debet dolere ad modū uiduati a sponso xpo. ii. Reg. xxiii. **L**ugē te simla & iduere ueste lugubzi. & esto quasi mulier lugēs uirū suū &c. **I**oel. i. plange quasi uirgo amicta sacco sup̄ uiz̄ pubertatis tue. **Q**uarto ad modum ozati a p̄re & p̄ole & peccatoꝝ debet dolere. qz amisit p̄rem domi nū. & m̄rem eccliam. ut nō sit eoz̄ fili⁹. **M**erito. **L**uc. xv. **I**am nō sum dignus uocari filius tuus. **D**eut. xxi. **P**uella gentilis ī matrimoni um assumēda debebat uno mēse p̄reꝝ & m̄reꝝ flere quos amiserat ī captiuitate anteq̄z despō sare. **I**tem ozbat̄ ple bonoꝝ opum. qui tanq̄z filii ei moziunt̄ qñ peccat. **S**ic Noemi lugebat filios suos. **R**uth. i. dicens. Nolite uocare me Noemi. i. pulchza. s; uocate me mara id ē ama ram. qz amaritudine repleuit me om̄ipotentis. egressa sum plena. & uacuā me reduxit. **M**at. iii. **R**achel plozās filios suos noluit consolari. qz nō sunt. **I**ere. vi. **L**uc. vnige. fac ē. &c. **Q**uī to debet flere & dolere ad modum uulnerati **D**e hoc sup̄ quō peccatū uulnerat. **H**ec at̄ uul nera sanat amara potio ōritōnis. **D**icit ysi⁹. qz ceruus infixus sagittis mltis recurrit ad pa bulum herbe q̄ dicit̄ dytanus. cuius uirtus re pellit sagittas. & curat uulnera eius. **S**ic cōri tio tēptatōes dyaboli amaritudine sua repellit. & curat uulnera peccati. **S**exto debet flere pec catoꝝ ad modū captiuati. ut **T**hobias thob. iii. **T**ūc **T**hobias ingemuit. & cū lachrymis dix it. qz nō obediuimus p̄ceptis tuis dñe traditi sumus ī deiectionem & direptionem & capti uitatē &c. **S**eptimo ad modū cōfusi & uicupe rati ut **S**ara. **T**hob. iii. **Q**ue tribus diebus & noctibus ozabat cū lachrymis ut deus eam a uitupio liberaret. **O**ctauo ad modum obsidio ne vallati. **N**au. iii. **H**aurit tibi aquā p̄pt̄ obsi dionē. **O**ctauo. ca. **I**udith. cōsuluit p̄pio obsel so dicens. **I**ndulgentiam dñi fufis lachrymis postulemus. &c. **S**ic ceruus obsessus a canib⁹ cū non uidet quo effugiat. ut dicit̄. lachryma tur. **N**ono ad modūz incarcerationi. **S**ic dolebat monastes. ii. pal. xxxiii. **P**ostq̄z coangustatus

est manasses orauit dñm. & egit penitentias valde. &c. Decimo ad modum obligati debet dolere ut mulier clamās ad Helyseū. uenit creditoz &c. iiii. Reg. iiii. Vel. i. Reg. xxii. Cōueniūt ad Dauid oppreſſi ere alieno & amaro animo &c. Vndecio debet dolere ad modum grauissimo iugo & onere oppreſſi. Baruch. ii. Anima q̄ tristiſt est ſup magnitudie mali & incedit curua. De hoc ſupra. de pondere peccati. Duodecimo ad modū pturiētiſ. Non ē miſe ſi doleat que ſimul h̄z parere tot fetus dyabolicos quot peccata cōmiſit. Mich. iiii. Dolē ſatage filia ſyon quaſi pturiētiſ &c. Itē iobāniſ. xvi. Mulier cū parit tristiſtiā habet. Tredecio ad modum iudicati mortē expectātis. Dixit q̄dam q̄ fures iudicati docent hoīes peitēre & ozare qui cū lachrymiſ p̄mittunt emendam. Dañ. xiii. Flens ſuſanna ſuſpexit ad celū. Ee poſt. Exclamaui magna uoce &c. Quarodecimo ad modum piclitantiſ. Ion. i. Timuerūt nautē & clamauerūt ad dñm. eod. ii. Cum anguſtiareſ anima mea ī me dñi recordatus ſū. Nec dixit Ionas in uentre ceti.

DE EFFECTV CONTRITIONIS. C. DISTINCTIONE. VIII.

Quoniam octauū ſc̄z de effectū & utilitate cōtritionis. ſciendū q̄ diligenda ē & optāda p̄nialis cōtricio p̄pter effectū Renouatōis. Expiatōis. Placatōis. Sanaatōis. Cōſolatōis. Expugnatōis. Illustratiōis. & retributōis. **C**Primo quidē p̄pter effectū renouatōis. quia cōtricio renouat & uiuificat aīam que mortua fuerat p̄ p̄ctm̄. ſicut expreſſe dicit. Luc. xv. de filio p̄digo penitente. Mortu⁹ fuerat ſc̄z p̄ culpam & reuixit p̄ p̄niam. **Q** autē anima mortua reuificat. nō pōt fieri niſi p̄ uirtutē oīpotentiſ dei. qz ſicut dicit aug. Maius eſt iuſtificare impiū. qz creare celū & terrā. deus autē omnipotēs ī cor cōtritum deſcēdit ad aīam uiuificandū & renouandū. ſicut dicit yſa. lvii. Dñs habitat ī cōtrito & humili ſpiritu ut uiuificet ſp̄m humilium. & uiuificet cor coneritoy. **N**oc bñ fuit figuratum ī ezechia. yſa. xxxviii. Cui cū dominus mādaſſet p̄ yſa. q̄ morereſ. fleuit & dominus lachrymas eius uidit. & curās eum ab inſirmitate ſua uitā eius p̄ annos quidecim prolongauit. **I**tem ad fletū uidue xp̄s eius unigenitum ſuſcitauit. Luc. vii. **I**tē ad fletū Marie & Marthe dñs fr̄em eaz̄ lazarum ſuſcitauit. Io. xi. **S**i igit̄ tāte uirtutis ſunt lachryme ap̄ deum ut uitā poſſint alii impetrare. q̄zomag homo uere cōtritus vitam ſibi ip̄i poterit impetrare. **C**ur em̄ apud deū nō magis ualeat fides p̄p̄ia. ſi tm̄ apud eū fuit ualēs aliena. **H**uius renouatōis & uiuificatiōis exemplū habemus euidentē ī fenice. de qua dicit p̄bus q̄ eſt auis ſine pari. uiuēs trecētis uel quingentis annis. quib⁹ cōpletis cū ſentit ſe deficere. facit ſibi nidū de lignis aromaticis ualde ſiccis q̄ m̄ ſtate ex feruore ſolis flante fauonio accendūtur. quibus accēſis ſponte nidum ingredit̄. &

ibidem inter ligna ardētia incinerat̄. **E**x quo cinere infra tridū naſcitur quidā uermicul⁹ qui paulatim plumas recipiens ī uolucrē reformatur. **I**dem dicit Ambro. ī hexameron. **Q**ue forma ē peitentiſ uere cōtriti q̄ defectus ſuos cōſiderans debet ſibi nidū cōponere de lignis aromaticis. id eſt de bñficiſ dei ſimul collectis. m̄ter que nō debet omitti lignū uiuifice crucis. **E**xemplo illius uidue Sarreptane dicit̄. iiii. Reg. xvii. **E**n colligo duo ligna ut ingrediar. & faciāz mihi & filio meo panē ut comedamus & moriamur. quibus collectis ex feruore ſolis iuſtitie accendit̄ ignis cōpunctiōis urens cōſcientiam. & aīam totā incinerās id eſt huiliāns uſquequo cognoſcat ſe nihil eſſe niſi cinerem. ſeqz dignam eſſe igne ifernali cruciandā & ī nihilum redigendā uſqz ad cinerem. **I**tem debet accedere uerus penitentiſ & laborare ad hoc q̄ uehementius accēdatur. **H**ūc ignem accenſum ingrediēs incinerat̄ id eſt huiliat̄ omnino. **E**x quo cinere infra tridū p̄niale naſcitur quidam uermiculus id ē aīa renouata recognoſcens ſe puulam nudā omni bono ſp̄ali. & uilem & debilem. ut poſſit dicere illud p̄s. **E**go autē ſum uermis & nō hō &c. **I**n huilitatis ſue cinerib⁹ nutriri debz iſte uermicul⁹ donec creſcat īmeritis & operib⁹ bonis. donec ſumptis uiribus actionis & penitentiſ oratōis & deuotiōis fiat auis p̄fecta uolans p̄ cōtemplatōnem ī deū. **S**ecūda utilitas cōtritionis eſt effectus expiatōis. purgat em̄ aīam & expiat a peccatis. **C**ū enim ī cōtritiōne ſit ardoz quidāz ſp̄alis. uirtute eius aīa incinerat̄ & renouat̄ ut dictū eſt. **H**ic ardoz aquā ḡnat lachrymaz. qz ſicut ignis ex interioribus lignoz uiridium facit aquā erūpe ita q̄ ligna quaſi lachrymari uidēt̄. **I**ta ardoz ignite cōtritionis ex p̄fundo cordis aquā facit erūpere uſqz ad oculos. **I**n cōtritiōne ergo ſimul eſt & ardoz ignite cōpunctiōis. & aq̄ lachrymoſe diffuſiōis. **V**trūqz at̄ horū. tam ignis qz aqua uirtutē obtinet emūdandī. **D**e igne quidē dicit̄ mal. iiii. **I**p̄e em̄ ſc̄z dominus quaſi ignis cōflans & emundans argentū. & purgabit filios leui. **D**e aq̄ uero d̄z. eze. xxxvi. **E**ffundā ſuper uos aquā mūdā. & munda b̄imini ab om̄ibus inq̄namētis ur̄is. **I**ta duo ſimul ſunt ī aīa peitente. & cōmotiōne magnam faciūt ī ea. **Q**uod bene figuratum eſt exo. ix. **V**bi inter ceteras plagas egypti dicit̄ dñs tonitrua. grandinē. & diſcurrētia fulgura ſup terrā. & grādo & ignis mixta pariter ferebant̄. **H**ec tria ſignāt cōminationes mortis. iudicii & inferni. ex quib⁹ ī aīa peitente magna terroris cōmotiō ḡnat̄. **D**e hoc et̄ dicit̄. Sap. xvi. **Q**ō enī mirabile erat̄ ī aq̄ que omnia extinguit plus ignis ualebat. **A**qua eī lachrymaz nō extinguit ignē cōpunctiōis. ſz magis nutrit & auget. **N**ec ille ignis ſp̄alis cōſumit aquā lachrymaz. ſz p̄uocat & exire cōpellit. **V**ere aqua cōtriti cordis eſt aq̄ ualde mirabilis. qz extinguit ignē inferni & peccati.

et succendit ignē celi & ardozē caritatis & spiritalis sancti. Silis est cuidam fonti mirabili q̄ dicit̄ esse in egypto. Vnus etiā talis dicit̄ esse p̄pe gratinopolim. de quo loquit̄ aug. xxi. de ci. dei. in quo faces ardentes extingunt̄. & extincte succendunt̄. Sic ī contritione corda succensa igne peccati extingunt̄. Ignis at̄ spūs sancti extingit̄ succendit̄ hac aqua & cor inflamat̄ ut fluat sicut cera q̄ fluit a facie ignis p̄s. Factū ē cor meum. si. ce. li. i. me. uen. m. Et Iere. xxiii. Contritū est cor meū ī medio mei. Hec aqua facit hominem similem calci. viue. & frigide que cōspersa aqua accendit̄ & resoluit̄. & a sua duritia lapidea emolliet̄. Silr cor hūanum p̄fūsum lachrymis contritionis. Vñ q̄ iudeis p̄nuntiavit dñs in ultionem. p̄mittit̄ penitentibus in salutē. Leui. xxvi. Cōteram sup̄biam duritię v̄re. Item fum⁹ calcis aqua cōspersa. signum est ignis intus inclusi. Silr fumus oculoz. signū ē ignis spūs sancti intus inclusi. Bern. fumant peccata v̄ndis lachrymaz̄ extincta. Idem. Fumus oculoz est signū magni hospitii ut fumus in camino signū est ignis. Item lapis cristalli in aqua mersus uel irrigatus. & solis radio appositus flāmam solis attrahit uirtute aque sine q̄ hoc non faceret. ita q̄ rei apte succēssione flāmam a sole receptam imutat. & eam succēdit. sic deus aqua cōtritionis mediante corda cōgelata ad modum cristalli igne celesti succēdit. ut p̄z in Magdalena & Paulo & Augustio. Item mediantib⁹ lachrymis cor contritū deo offert̄ & succenditur in holocaustū pinguisimum & deo acceptissimum. p̄s. Sacrifici. de. f. cō. Istis duobus simul agentibus aīa purgat̄ a sordibus peccatorū. Item sicut maioris mūdi due sunt purgationes. vna scz p̄ aquā diluuii p̄terita. alia futura est p̄ ignem. sic m̄oz mundus id est hō ad instar p̄mi iudicii purgat̄ p̄ aquā lachrymaz̄. Ad instar uero futuri iudicii purgat̄ p̄ ignem. Ad similitudinem igit̄ p̄mi iudicii debet penitens aquas diluuii id est lachrymarū abundantiam p̄curare. vñ. gen. vii. Rupti sunt omnes fontes abyssi magne. & catharacte celi aperte sunt. & facta est pluuia sup̄ terrā. Et ita factū est diluuium sup̄ terrā. & multiplicatae sunt aq̄. Abysus magna ē infernus. in quo sunt diuersa genera tormentoz. Qñ ergo peccator cōsiderat q̄ oīa uel plura eoz meruit. ex cōsideratione & horroze cuiuslibet vnus fons ozis. & cū impetu facit erūpere lachrymas. Ideo dum dicit̄ rupti sunt omnes fontes abyssi magne. Sequitur. Et catharacte celi aperte sunt. Huius catharacte sunt cōsiderationes gaudioz p̄adyfi q̄ peccator cognoscit se oīa p̄didisse. vñ sibi dolozis & luctus materia gnatur. Ex cōsideratione istoꝝ gnatur diluuiū sup̄ terrā cordis. et multiplicat̄ aque lachrymaz̄. et sic delent̄ oīa de superficie terre. Id ē delent̄ peccata de corde & eleuat̄ archa. id est aīa in sublimia terra. p̄ desideriiū eternoꝝ & cōtemptum p̄m terre. Item ex cōsideratione futuri iudicii pur-

gatur aīa qñ considerat ignes purgatorii & inferni quos meruit. & ignē caritatis q̄ extinxit in se. & incendiū cōsummate dilectionis ī celo quo se p̄uauit. Quibus sil̄ cōcurrentib⁹ imeditatione tali exardescet ignis. & fit quasi cōflagratio ignium & purgatio aīe ac omniū cōbustio peccatoꝝ. Huius ignis uirtute cōbusta & purgata fuerūt peccata beate Magdalene. Luc. vii. dicente dño. remittunt̄ ei peccata multa qm̄ dilexit multū. In miracula sancti Iacobi legit̄. q̄ cū quidā cōfiteret̄ p̄ctm̄ enoz me suo epo. cū crederet epus eum nō esse vere cōpunctum misit eum ad sanctū iacobū cum cedula in qua erāt peccata scripta clausa & sigillata inuigens ei q̄ illud faceret qd̄ archieps illius loci ei inuigeret. Cum aut̄ illuc uenisset nec cū dicto archiepo loqui posset. in festo sc̄i iacobi posuit lras clausas sup̄ altare sancti iacobi flens amare p̄ctm̄. Cū autē uenisset dictus archieps ad celebrandū missam. & inueiret illas lras sup̄ altare & quereret quis eas ibi posuisset. & dictus hō flens ueritatē fateret̄. inuenit eas aptas. & quasi lachrymis intus recentē deletas. Item in uita iobis elemosinariū legit̄. q̄ quedā mulier quoddā peccatū valde enoz me cōmiserat. qd̄ p̄ turpitudine nulli confiteri audebat. Cum aut̄ ad eum uenisset. & p̄ ueritatem cōfiteri illud nō posset. dixit ei q̄ illud scriberet. & sigillaret. & ei clausum deponeret. p̄misitq̄ ei q̄ illud nūq̄ reuelaret̄. qd̄ illa fecit. Cum aut̄ ille occupatus bullatū peccatum in bursa sua posuisset. assignās ei diem in qua ad eum ueniens acciperet p̄niam inuictam. interim sanct⁹ mortuus ē. & sepultus. Mulier at̄ p̄dicta quasi amens facta timēs ne peccatū suum fuisset inuentū & publicatū. uenit ad sepulchrū sancti. Ad quod cū fleret p̄ triduum. tertia die uisum fuit ei q̄ sanct⁹ iohānes & duo ep̄i qui iuxta eū iacebant exiret de sepulchris suis. induiti p̄otificalibus. qui tradebat ei lras quas ei tradiderat integras & bullatas. dicēs q̄ peccatū suū erat ei dimissum & deletū. & q̄ non poterant sustinere tantā lachrymaz̄ irrigatōnem quin ad eas surgeret. quib⁹ per triduum irrigauerat stolas suas. Quibus dictis intrauerūt sepulchra ea uidente. ip̄a autē lras clausas apiens inuenit eas intus deletas. Huic aut̄ simile est qd̄ legit̄ de beato Basilio & q̄dam uidua. Quedā uidua nobilis & diues viro suo mortuo dedit se omni castrimargie & libidini. que cognoscēs & cōmemorās culpā incepit grauiē flere cōmissam iniquitatē & cōsumptam male iuuentutē. & scripsit omnia peccata sua. & in fine vnū ceteris enozm̄ius & sigillauit & detulit basilio ubi p̄stratus orabat. & ip̄a ibi p̄strauit se flens amare. & petens a sancto ut oraret p̄o peccato suo delendo & sibi remittendo. Cū aut̄ sanctus uisa carta orasset ip̄a nocte. & in mane sibi clausam misisset mulier eam apiens inuenit omnia deleta. excepto illo enozm̄i qd̄ erat ī fine de aliis gaudēs. De illo amarissime dolens rediit ad sanctū. q̄

su. Itē i fine eccliaistice hystozie legiē q; cū **Va-**
lentinianus impatoz **Arrianus** vitā finiss; la-
queo. substituit ei **Eugenio** filr̄ **Arriani**. **The-**
odosius autē vir catholicus cōtra eū arma mo-
uit. p̄muniens se ieiuniis & ozōnibus. vigilās
in cilicio & ozōne aū thecas martyru p̄strat⁹
Cui quidā sc̄tus heremita p̄misit victoziam.
Ecclia sacerdotes ydoloꝝ dicto **Eugenio** ex-
rñs victozia p̄miserunt. Deinde cū dēs **The-**
odosius trāsiret alpes cū suis. & viderent infi-
nitā multitudinē v̄ndiq; confluentem. & eos
ad pedē montis ad pugnā expectātes sui ter-
riti terga uerrebāt. & fugaz pabant. Descēdit
Theodosius & p̄iectis armis ad terrā se pro-
strauit in ozōne. qua cōpleta. dñs ita aīauit su-
os ut reuersi moze leonū irruere in hostes gē-
tiles & **Arrianos**. & subito insurgēs vent⁹ ve-
hemēs tela que hostes p̄iciebant retorquebat
in ip̄os dei virtute. Dictus autē **Eugenius** ad-
ducit aū pedes **Theodosii** ubi vitā finiuit pa-
riter & certamē. Pius autē p̄iceps magis gau-
sus ē de frustrata opinione gētilium & fallaci-
tate apta ydoloꝝ et cōfusione hereticoꝝ. q; d̄
nece tyrāni cui successit in impium. **Itē** ozō
est scutū defensionis in omni necessitate & pi-
culo. Liberat em̄ a piculo naufragii. **Mat. viii.**
Dñe salua nos. p̄imus. Et **Mat. xiiii.** clama-
uit **Petrus**. **Dñe** saluū me fac. Et **paulus** dicit
ii. coz. xii. Ter naufragiū feci. Itē liberat et de-
fendit ab incendio **Dan. iii.** Post ozōnem **Aza-**
rie. angelus dñi fecit medium fornacis. q. & c.
Silr̄ nec beate **Lucie** ozāti nocuit ignis succen-
sus pice & refina & oleo. **Silr̄** nec b̄am **Cecili-**
am lesit aqua bulliēs. in qua bullita fuit cōti-
nue p̄ diem integrū & noctē m̄stris ligna ig-
ni adm̄strantibus. **Silr̄** nec b̄a **Agnes** p̄iecta
in igne cū in medio flāmaz ozaret lesa fuit. s;
flāme hincinde disp̄se m̄stros & sediciozos p̄-
curatozes incēdii succēderunt ip̄a omnino ma-
nēte illesa. **Silr̄** beatū **Laurentiū** super cratem
ferreā. Et beatū **Tyburtiū** sup̄ p̄unas nudis

pedibus incedente custodiuit illesum. **I**te beatam xpinam i clibano. **B**eatam Katherinam i medio rotarum. quinque gita phos i medio igis. aias qdem ab igne recipies. s; uestes barbas et capillos illesa custodis. **I**te de bto Fracisco legi qd cu ppter infirmitate oculoꝝ suaderet ei medici coctura sibi fieri. & ad ferri cadetis aspectu uehementē horreret. alloqui cepit ignē in creatoris noie sibi picipiens ut suū ei contemparet ardoꝝ. quo suauit vrentes facilius sustineret. **P**otracta igit coctura ab aure vsq; ad supciliū dixit sc̄tus ad fr̄es. **L**audate fr̄es altissimū qz nec ignis ardoꝝ mihi molestiaz intulit. nec carnis me doloꝝ afflixit. **I**te in uie. pa. dicit. qd cu sanctus appelles de nocte fabricar; erat ei faber ferrarius. uenit ei dyabolus q̄si ad aliqd opis faciendū. qz cognoscens sc̄tus nuda manu ferrū calidū apphendens percussit eū i facie & fugauit. **E**x tūc cōsuetudiem hūit ferrū calidū nuda manu tenere. **I**te liberat et defendit a piculo mortis. ut **S**usanna liberat a morte. **D**an. xiii. **E**xaudiuit em̄ dñs uocē eius. **I**te in uie. bti Martini legi. qd cu fugatus ab hereticis uesset in q̄sdam insulaz uiuēs ibi de herbis & radicibus. herbam ellebozū uenenatam comedens senties se cruciari & picitari ad mortem. uirtute fidei & ozonis omne piculum exclusit. **I**tem **H**est. iiii. & xiiii. **L**iberant iudei a snia mortis p̄cibus **H**est. **I**te liberat a carcere & uinculis act. xii. **P**etrus ozone ec̄ie. **I**te liberat ab instati morte. ut **E**zechiam. ysa. xxxviii. **I**te niniuitas **I**on. iiii. **I**te liberat a morte mortuos reuocādo. ut patet. iii. **R**eg. xvii. **D**e filio uidue suscitato p̄cibus **H**elye. **S**ilr filiū **S**unamitis a morte reuocauit ozō **H**elysei. **S**imilitē **L**azarū dñs ozādo suscitauit. **P**etrus thabitaz uiduā act. ix. **S**ilr **P**aulus euticū. act. xx. ozādo ad uitā reuocauit. **S**up de **S**tepho aduocato de purgatorio. **I**te sup de p̄nia de suscitato p̄cibus & fletu seuerini. **I**tem p̄cibus **I**o. euangeliste suscitā drusiana. **P**recib; **P**auli patroclus. **E**t fere omnes qui i uie. sc̄toꝝ legunt a morte reuocati. p̄ces eoꝝ hec obtinuerunt. **I**te liberat a pctō. id ē a morte spūali. **I**ac. v. **O**zō fidei &c. **S**i in peccatis fuerit &c. remitte ei &c. **I**ob. xlii. dixit dñs ad **H**elyphath. **I**ratu ē furoꝝ meꝝ in te & in duos amicos tuos &c. **E**t post. **S**eruus meus **I**ob ozabit p uobis ut non iputeꝝ uobis stulticia uꝝa. facieꝝ eius suscipiā. **D**e hoc h̄ntur mltā exempla sup de reditu columbe de **T**hayde. de **E**miliano. et de **K**aralo cui dimissū ē pctm̄. **I**te liberat ab inferno. sup de **T**raiano. sup de reuocatis a morte.

DE UTILITATE ORATIONIS.

Orationis utilitas & effectus ē muleplex qz sc̄ ozō est aie cū deo colloquiū gratiosum. cōuiuuium amozosum. officii fructuosuz. cōfortium glōsum. **P**rimo quidem ozō est cū deo aie colloquiū grōsum. **A**it em̄ ysiō. **Q**ū ozamus cū deo loq̄mur. cū legimus deus nobiscū loquit. **E**t b̄tus **C**yprianus ozōnis tpe xpianus hō cū deo loquit. **M**ultū

gaudet paup homūtio qn p̄ loqui cū p̄cipe solus cū solo de magnis negociis s̄m desiderium cordis sui. **G**en. xviii. **L**oquar ad dominū meū cū sim puluis & cinis. **P**salmista. **A**puđ me ozō deo uite mee. q. d. **I**n corde meo ozatō qū pferam cozā deo p tanto negotio sicut est uita aie mee. **Q**uāreuerentē huiliter & deuote attēte debeat aia loqui deo. **R**eq. sup qd in ozō ne debeat eē sedulitas attētionis. **D**e beato **F**racisco legi. qd ne fozet absq; cōsolatione dilecti sine intermissione ozādo sp̄m deo contendebat exhibere p̄ntem. **N**am ambulās & sedens intus & foris. labozās & uacās adeo erat ozōni mtent; ut illic uideret quicqd erat i eo. nō solum cordis & cozpis. uerū etiā opis & temporis dedicaſſe. & ibi nūc r̄n̄debat iudici. nūc supplicabat p̄ri. nūc colludebat sponſo. nunc colloquebat amico. ibi debet aia totū coz suū expandere cozā deo. & ei necessitates suas exponē. **P**salmista. **R**euela dño uiam tuā. & spera in eo & ip̄e faciet. **S**equit. **S**ubdit; esto domino & oza eū. **I**n hoc colloquio deus uiceuerſa amicitia loquit aie. uel inuisibilitē inspirando ea que p̄tinent ad saluteꝝ & instructōnem ozantis. uel qnq; formata uoce loquēdo. **V**nō deus in ozōne uisum interioꝝem illuīat. sicut p̄phis ozantibus incerta & occulta sue sapientie reuelabat. **S**icut **D**an. ozanti somniū **N**abug. **I**ere. xxx. **C**lama ad me & exaudiam te. & mōstrabo tibi grādia & firma q̄ nescis. **P**etro & cornelio facta fuit reuelatō ip̄is ozantibus. **Act. iiii. vbi dicit. Ascendit **P**etr; in supi oza domus ozās &c. **E**t ibi dicit glo. aug. ozatōne melius soluūtur dubia qz inquisitione. **P**aulus prius excecatus a deo. postmodū illuīatus fuit ozādo. & audiuit archana ūba &c. **D**e bto **F**racisco legi. qd i ozōne incerta sibi et occulta dīne sapientie pandebāt. p̄phie eē sp̄s tāta pleitudine r̄t̄euit in eo ut se p̄ntem exhiberz absentib;. certamq; noticiā habuit longe distātiū ut secreta cognoscerz cozdiū. & futurorū p̄nūtiaret euentus. **I**n uita bti **C**lementis legi qd **S**ifinni; uir **T**heodoꝝe. pagan; intrauit ec̄iam ad explozandū quo vxoz sua **T**heodoꝝa xpiana tam sepe ueiret. & qd ibi fieret. qd cū ozante sc̄to **C**lemēte fuisse ibi cecus & surdus effectus. & ad hospitiū reductus. ozōib; beati **C**lemētis illuīatus & curatus credidit se magicis incantatōibus fuisse delusum. **V**n̄ p̄cepit seruis suis ut beatū **C**lementē ligaret & traheret. **I**lli aut ligauerunt colūnam & traherant. & uidebat eis qd sc̄tū **C**lementē ligaret & traheret. & hoc idem uidebat ip̄i **S**ifinnio. **C**ū aut beatus **C**lemēs monuisset **T**heodoꝝaz ut ozare nō cessaret p viro suo. & hoc ip̄a faceret. apparuit b̄tus **P**etrus apl̄s ip̄i flenti et ozanti dicens. qd sicut p̄dicauerat fr̄ suus **P**aul; sc̄ificat uir infidelis p mlierem fidelē. ita p ozationes eius uir suus saluaret. **I**p̄e aut **S**ifinnius interius & exteri; illuīatus uocauit **T**heodoꝝam. rogans ut ozaret p eo. & uocaret sanctū **C**lemēteꝝ. **C**uius moitis nolebat obedire. quo**

ueniente instructus in fide cum omni domo sua ab eo in pascha pximo cū .ccccxxxiii. de suis baptisatus ē. **Itē .ii. dyal. c. xxxv. legit.** q̄ cū b̄tus B̄ndictus nocturnas uigilias puenisset ad fenestrā quandā adhuc fr̄ibus quiescētibz ozōni insistens vidit fufam lucē desup. cūctas noctis tenebras effugasse. q̄ diem splēdoze v̄cebat. **In** qua sub uno solis radio totus mūd⁹ aū oculos eius collectus & adductus. in qua vidit aīam Germani ep̄i capuani in spera ignea ab angelis in celū ferri. **Q̄** autē illuīationē aīe interiorē ozō impetret. patet p̄ aūpositum exemplū de ioh̄e p̄ triennū ozante. cui infusa fuit sil & gr̄a & sciētia p̄dicandi. **Itē** per exemplū ap̄loz quib⁹ ozantibus datus ē illustratoz sp̄s. act. i. **De** mltis etiā sanctis legit q̄ ozando cecos illuīabant. **Itē** ozō est cōiuū gaudiosum. **Psalmista.** In noīe tuo le. ma. me. **Sequit.** Sic adipe & pin. &c. **Hic** exp̄itur aīma ī estimabiles delicias quas etiāz exp̄tus sentire potest. s̄ explicare n̄ possit. **Que** si otinuaentur. iam non aliud viderent q̄z delitie p̄adyfi. q̄z reuera iste sunt quedā p̄libationes & degustationes illius suauitatis eterne. **Hoc** autē pulcherrime oñdit dñs ip̄o facto in trāffiguratōne. sic dicit **Luc. xii.** Assumpsit petrū iacobuz & iohannē. & ascendit in montē ut ozaret. **Et** facta ē dū ozaret sp̄s vultus eius altera. & uertus eius albus refulgēs. **Nota** quō **Petr⁹** in illo cōiuū iebriatus loquebat extranea nesciens qd diceret. & tam ip̄e q̄z focii eius nō valentes tantā & tam iēptam dulcedinē sustinere. ceciderūt in facies suas. **Quā** miseri sunt ergo qui ozōnem refugiūt uel contemunt. aut qui ozātes quotidie nihil de tanta suauitate sentiūt. **Felix** autē anima cui donatū est aliquid uel modicū de tantis delitiis p̄gustare. **Huius** em̄ degustationis uirtute nouit terrēa despice. carnales delicias fastidire. mala tp̄alia sustinere. ad celestē p̄riam totis p̄cordiis hanelare. ibi deuota aīma sursum eleuat in deum. eleuata illustrat. illustrata in flāmat. inflāmata s̄briliat. magis ac magis purificat. & sic tota sp̄ualis efficiē. **Eleuat** quidē anima p̄ desiderium eternoz. & quāto plus eleuat. tanto amplius ab infirmis. id est terrenis & carnalibus desiderijs elongat. ut iam ista non solum nō appetat. uerū etiā parupēdat. abiiciat et oremnat. **Et** q̄ztum p̄ficiat aīma in sui eleuatōne & sursum actōne ad celestia. tm̄ p̄ficiat in cōtemp̄tu terrenoz. ac etiā carnaliū. **Nec** solū eleuatur anima ad mūdī prospera cōtemnendum. uerū etiā uigozat ad aduersa equanimiē tolerandū. **De** h̄mōi eleuatōne h̄emus exemplum de b̄a magdalēa. q̄ p̄ annos triginta latuit ut dicit. in quadā fouea. nunquā ī toto illo spacō ab hoīe uisitata. s̄ ab angelis sanctis septies ī die sursum eleuabat in area celesti splēdoze mirabiliter illustrata. ibiqz celesti dulcedie reficiebat rursusqz reducebat ad locū suū. **Itē** in legenda b̄e marie **Egyptiāce** dicit q̄ cum **Bozimas** mucisset eam vidit q̄ dū ozaret eleuabat

in area sup̄ terram. **Itē** de beato **Francisco** legitur q̄ septies ozans manib⁹ ac brachijs in modum crucis p̄tensis toto corpore subleuat⁹ a terra. & nubecula quadaꝫ fulgere circū datus. ut illustratōnis & eleuatōnis mirabilis intra mētem mira circa corpus cū eleuatōne p̄lustratō testis esset. **De** illustratōne q̄ fit in anima uirtute ozōnis dicitur est quō sc̄z anima colloquēdo cū deo & eque d̄nitus illustrat⁹ & docet ī scola sub magisterio sūmi doctozis. **Itē** aīma in ozōne illustrata & eleuata d̄nis splēdozibus in amozē dei amplius inflammatus sicut h̄emus exemplū. act. ii. q̄ sc̄z ozantibus aplis sp̄iritu sanct⁹ descendit in linguis igneis sup̄ eos **Itē .ii. Mach. i.** Ozantibus sacerdotibus ignis magnus successus est sup̄ sacrificiū. **Simile .iii. Reg. x.** de sacrificio **Helye.** **Tertio** ozatio est officiū fructuosum. **Magnū** est lucrū huius officiū. q̄z semp̄ omni hoza & omni loco p̄t̄ homo ozando lucrari. & rem maxiam sc̄z ueniā p̄ctōz. gr̄am meritoz. & ip̄m deū & eius gloriā. **Psalmista.** Gr̄am & gl̄iam dabit dñs. **Ozā** tibus aplis datus est sp̄s sanctus. **Luc. xi.** Dabit sp̄m bonū petentibus se. **Hoc** officiū sile est vsure. q̄z p̄ hoc officiū lucrāt hō die & nocte. sanus & eger. diues & paup̄. iuuenis & senex. sedens & ambulās. labozans & vacans. **Magnū** negociū h̄z homo tractare ī curia sūmi regis. **Anima** uero in corpis carcere detenta nō potest illuc ascendere. nec cozā eo sua negocia p̄curare. **Ideo** opus ē q̄ ad illam curiam nuntiū suum. id est ozōnem dirigat q̄ uicem eius gerat. & eius negocia p̄curet. **Vñ. ps.** In tret in cōspectu tuo ozatio mea. **Ibi glo. aug.** **Magna** uirtus pure ozōnis. q̄ quasi quidā nūtius intrat & ibi negocia pagit. quo caro puenire nequit. **Caue** ergo ne nūtius iste sit nimis pomposus. carne grauatus. & non possit ad alta uolare sicut struto. id ē ne sit de hijs q̄ ad carnē p̄tinet. **Ne** sit retroḡdus. ut cū debeat tendere sursum. tendat deorsum sc̄z petens terrā. **Ne** sit excōmunicatus & nō admittat ī curia. p̄. xxviii. qui decliat aures suas ne audiat legē. ozō eius fiet execrabilis. **Ne** sit nuntius inimici q̄z r̄pellere. **Psalmista.** **Ve** qd dñe repellis ozōnem meā &c. **Ne** in uia detineat a fantasmatibus & cogitatōibus voluptuosis. **De** quo cōquerit **Tren. iiii.** **Opposuit** tibi ne trāseat ozatio. **Ne** sit claudus sine ieiunio & elia. tho. xii. **Ne** sit mutus p̄ in deuotiozem. **Cōtra** qd dicit. ps. **Verba** mea aurib⁹ percipe dñe intellige clamozē. m. **Intēde** vo. o. m. &c. **Ne** sit nimis grossus & inflatus p̄ supbiā ut nō possit p̄ angustam portāz intrare. **Ec̄i. xxxv.** **Qzō** humiliantis se nubes peneb̄bit. **Nō** sagittare uolens caput & humeros demittit. **Si** igit ozādo senseris ozōni tue nubes oppōi humiliando te sagittā ozōnis emitte. q̄ nubes penetret. quia huili ozōni nihil obstat. **Iudic. viii.** **Humiliū** & mansuetoz semp̄ tibi placuit dep̄catio. **Psalmista.** **Respexit** ī ozōem huiliuz **Sequit.** **Et** donec p̄pinquet non consolabit.

Quasi diceret. Non solum penetrabit nubes creaturaz mundaliu uel fantasmatu retardantiu. s; etia cetera scilicet & choros oim angeloz transibit. & donec propinquet ad ipsius aspectu non consolabitur. & non discedet donec altissim9 aspiciat. sicut bonus nuntius & diligens procurator expectat & instat donec negociu suum uideat expeditu. Oratio est sicut sagitta Ionathe que nuq; rediit retrosum. sicut dicitur. ii. Reg. i. Iste nuntius est optimus procurator huius israel sum in curia. Luc. iiii. Ihu baptisato & orante apertis sunt celi. in signu qd orantib9 apertunt. Et cu puenerit ad pntiam summi regis impetrat quicquid uult & expedit. qz deus inuitat ad petendu et pmittit se daturu. Luc. xi. Petite. et dabit uob. Io. xvi. Si quid petieritis ptem &c. Math. xxi. Omnia quecuq; petieritis in oratione credentes accipietis. Quando impetrat ho egris curatione. Ysa. xxxviii. Petitionibus ouersiones. Sicut stephs conuersionem pauli. Andreas nicolai senis. Require sup. Mortuoz suscitacionem. Regre sup. Oratio salomon impetravit sapientia. iii. Reg. iii. Moyses uictoriaz. exo. xvii. Et Iudas Machabeus. ii. Mach. i. Regre sup. Oratio impetrat liberationem a malis & periculis. Require sup. Oratio chozuseat in miraculis. Omnes enim sancti miracula faciebant orando. Oratio impetrat precreationem plis. ut patz Gen. xxv. Deceptus est ysaac dnm p uxore sua. eo qd sterilis eet. dedit ei conceptum rebecca &c. i. Reg. i. Anna precibus obtinet Samuel. Zacharias Iohanne. Luc. i. De bno Remigio legit. qd cu quidam reclusus in fracia instanter rogaz dnm p piculo uandalice psecutionis qd fere totam franciam vastauit. uox ei de celo apparuit dicens. qd talis mlr qua ei noiauit peret filium noie Remigiu qui liberaret gentem suam ab incursu malozu. Cuq; hec dicte mulieri seni & sterili diceret. & illa non crederet. ait. qn illu lactabis. lacte mihi linies oculos & uisum recupabo. & ita factum est. Itē immutationem in cursu solis. ut patz de Ezechia orate ad dnm. ysa. xxxvii. Itē impetrat necessarioz prudentiam. Xps enim orando multiplicauit panes. Io. vi. Marc. viii. Helyal farina et oleu. iii. Reg. xvii. Item i uie. pa. legit qd cu monachi bti Apollonii in die pasche non hrent nisi paucos panes & siccos. dixit eis. Orate ut fides faciat uobis pitantia de hiis qd desideratis. Cum aut illi reuerent ex huiltate. orauit ipse. & statim homines ignoti ta multas copias asportauerunt panu delicatissimoz & calidoz. & fructuū mire qzritatis & saporis & alioz delectabiliu ut quotidie usq; ad penthecoste ppinare oibus sufficiente & abundante. Itē cu fames urgeret egyptiu. & ueissent ad eum sui. datis oib9 panibus solu tribus pibus vnus pais remanentibus. bndicens ait. Nunquid p hoc multiplicare manus dñi. dicit spū sanctus. non deficiet panis usq; ad nouas fruges. et ita factu est qd cotinuus quatuor mēlibus non deficeret erogantibus. Dicit Hiero. se uidisse ibi sportas ple-

nas deportari sup mēsas tuacas. et plenas iteru repositari. De hoc hntur multa exempla supra de elia. Legit i uie. sancti hugo. Qd cum quida locus datus eet puus quibusdam monachis cluniacensibus quos miserat ibi scilicet hugo qd mo dicit scilicet Martin9 o campis. & est prioratus ditissimus. Et cu eent ibi paucissimi monachi. nec inueirent ibi uniuuere possent. quidaz eoz redierunt apud cluniac. rogates ut ipsi & alii tanq; non ualentes inueire necessaria i dicto loco apud cluniac. reuocarent. Quibus scilicet uir rñdit qd ideo non inueiebant ibi necessaria. qz pauci erant. nec clamabant fortiter ad deū orando & laudando qui dat iumentis escā ipoz &c. Ipe scilicet iuxit eis plures. inuigens eis qd fortit clamaret ad dnm. & maxie de nocte laudando & orando. Qd cum aduenientes faceret. stiguit qd cu de nocte rex fracie per locu trāsiret & audiret eos fortit cantantes admirat9 loci nouitate. et lauduz dei altitudinem quesuit cuiusmōi eent hoies. et audiens eoz noua missionē. & factu sancti quo & qre miserat plures. motus ad pietatez assignauit eis multos redditus uniuuere. & deū semp laudarent cu pluribus aliis monachis. Itē in legenda noua legit de oratione beati Dñici pane misso. qd cu beatus Dñicus eet in couentu fratru nec hrent panem qz seruitozes frīb9 apponeret. dictus scilicet in dno cofisus sedit ad mēsam uacuam. & fecit frēs sedere. Cu aut uiderz mēsam a pane omīno uacua inclinauit caput ad orationem. quo orate. intrauerunt p refectoziu hoies speciosissimi appoztates cophinos plenos panu candidissimoz. quibus depoitis inclinantes recesserunt. Itē cum quedā paup mlrula incubuisset ad orationem fere usq; ad hozaz sextam nec haberet panē in domo sua. nec uniuuere possit emere. adhuc hns pdicere aliq; consueta. cogitauit qd potius ipse uolebat comestione carere qz non pdicere orationes assuetas. Cuq; ab oratione caput eleuaret. inueit ad caput suu panem albisimū. Quē cu non possit inueire qs eū ibi posuisset. accepit & comedit cu graz actione. Et impetrat aqua. sicut patet Gen. xxi. de puteo ostelo Agar clamati et flenti p puero. Itē nu. xx. Dñe deus aperi eis thesauru tuu fontē aq; uiue. Itē Exo. xvii. Petra orez dedit aqua. Itē Iudit. xv. de fonte exeunte de maxilla ad pces Samsonis. & quo bibens ex eo uires recepit. Itē in uita sancti Clemētis legit qd postq; i exiliu relegatus. inueit i insula ad qua missus e plusq; duo milia xpianoz in exilio relegatoru ibi ad secandu marmoza. qui mltam aque penuria patiebant. ut oporteret eos ire pro aq; p sex miliaria. Iussit omnes secū orare ut dñs eis fontē aque uiue apiret. Cu aut ipse oraret. apparuit illi soli agnus qui eleuato pede dextro quasi locu ostēdebat ubi foderet. Cum aut eos duxisset ad locu scilicet Clemēs. nec locum fodiedo tangeret ubi erat pes agni. ipse arrepto breui sarculo sub pede agni fodit. & statim fons uiuus & maximus erupit. & ad famam

huius miraculi et p̄dicationem tot uenientes
sunt cōuersi. q̄ infra annū edificate sunt ibi
octuagintaquiq̄ ecclesie. Itē impetrat pluuiā
Iac. v. Rursumq̄ **Helyas** orauit. & celū dedit
pluuiā. et terra dedit fructū suū. **iii. Reg. xviii**
Nubecula pua quasi uestigiu3 hoīs ascēdebat
de mari &c. **Itē. ii. dyal. xxxiii.** de sancta sco-
lastica sanctimoniali sorore sancti **Benedicti**
quā cū beūs **Bndictus** uisitasset. & totā diem
in dei laudibus & colloquiis sil expendissent
& ip̄a retinisset eū ad mēsam. uolebat eū reti-
nere ad p̄noctandū ut loqueret̄ ei de gaudiis
celestibus. Cū autē ip̄e nullo mō acquiesce-
ret ei. inclinauit caput. et orauit cū lachrymis. et
cū esset ante tēpus serenissimum. subito tanta
pluuiā facta ē q̄ nullus possit exire. Cum autē
eam sup̄ hoc argueret. ait. Rogauit te. & nō ex-
audisti me. rogauit dñm. & exaudiuit me. mō
tu egredere si uales. Itē uirtute ozonis aq̄ nūc
in sanguinem cōuertit̄. nūc in mari diuidit̄. &
quasi murus solidat̄. nūc amara dulcescit. nūc
de saxo p̄ducit̄. **Ignis** nunc in aqua ardescit.
nūc rubum non cōburit. nūc pueros nō ledit
nūc de celo ad cōsumendum impios emittitur
nunc de aqua p̄ducit̄. **Celū** nunc māna p̄tu-
lit. nūc annis tribus & dimidio pluuiā nō de-
dit. nunc pluuiā dedit abundantē. **Ozone** le-
ones māfuescunt. oīa mūdi elementa mutan-
tur. demones effugant̄. & breuē ozātibz om-
nis creatura obedit. assistunt angli. & de ip̄e
tam mirabilit̄ q̄ misericordiē descendit.
Quarto ozō meret̄ ozōtiū glosū. In p̄nti
quidē uita frequēter & deuote ozātes merent̄
habere cōsōrtium b̄toꝝ angloꝝ. sic p̄t̄ de b̄ta
Agnete. **Beata Katheria**. **Cecilia** & aliis mul-
tis. De b̄ta **Cecilia** sp̄aliter legit̄. q̄ cū ad p̄ces
eiꝝ uir suus **Valerianus** fuisset conuersus. &
baptizatus a beato **Urbano**. & rediret. & **Ce-**
ciliam deuote ozantē inuēiret. uidet ei assiste-
re angeluz dñi tenentē duas coronas ex rosis
& liliis cōsertas. alterā obtulit **Cecilie**. alteram
Valeriano. dicens. **Istas** duas coronas mūdo
corde & corpe custodite. q̄ eas de p̄dyso dei
uobis attuli. q̄ nec vnq̄ marcescunt. nec odo-
rem amittūt. Et hiis dictis disparuit. Ad hanc
odoꝝ **Tyburcius** fr̄ **Valeriani** affectus. ē ad
deū cōuersus. & glosus martyr cū fr̄e suo **Va-**
leriano est effūsus. **Maxie** autē i morte assistit
ozantibus ad cōsolandum. & in suū cōsōrtiū
p̄ducendū. sic patet de **Romula**. **Req̄re** sup̄a.
Legit̄ mter miracula v̄ndecimiliū uirginū. q̄
quidā cōuersus maxiam habebat deuotōnem
circa eas. cui infirmāti vna uirgo apparuit in
estimabili pulchritudine fulgens. Cum autē ip̄e
miraret̄ eius pulchritudinem. illa quesuit ab
eo si ip̄am cognosceret. ip̄o r̄ndente q̄ nō. ait.
vna sum de hiis uirginibꝝ circa quas semp̄ tā
tam deuotōnem habuisti. & ad hoc ueni ut in
de mercedem recipias. si amoꝝe & honoꝝe nr̄i
v̄ndecimilias dñicam ozōnem dixeris. i ho-
ra mortis tue nr̄am p̄ctōnem & solatiū ha-
bebis. **Qd̄** cum ille q̄c̄itius & deuotius oplet̄

set. uocauit abbatē & cōuentum se faciēs inun-
gi. **Qd̄** cum fieret. uidēs aduenientem choꝝe sa-
craꝝ uirginū incepit clamare. recedite. date lo-
cum sacris uirginibꝝ. **Qui** requisitꝝ abbatē re-
tulit p̄missionē sacraꝝ uirginū & eazꝝ appeti-
onem. Cū autē ad clamorē eius alii recessissent
inter choꝝos eazꝝ sp̄m exalauit. **Ad** idem fa-
cit qd̄ sup̄ habet̄ de uirgīe recepta in choꝝo uir-
ginū. **eccl. xxxv.** **Qui** adorat deū. in oblectati-
one suscipiet̄. **Luc. xxii.** de dño dicit̄. **Factus** i
agonia p̄lixius orabat. tūc apparuit ei angelꝝ
dñi de celo cōfortans eū. **Post** mortē uero re-
cipiunt̄ in cōsōrtium angeloz & sc̄toꝝ cū eis
p̄petuo p̄māfuri. sicut p̄t̄ de **Lazaro**. **Luc. xvi.**
de beato **Frāscisco**. & de b̄to **Marrīo**. **Ambzo.**
& aliis ml̄tis quoꝝ aīe uise sunt deduci ab an-
gelis. **In** uis. pa. legit̄ de **Paulo** p̄mo heremi-
ta de quo refert **Hiero.** q̄ cum b̄tus **Antonius**
diuina sibi reuelatōne facta uenisset ad eū. &
cōsolaret̄. & colloquerent̄ admuicē. inē alia
dixit ei **Paulus** ut corpusculū eius traderet se
pulture. & q̄ rediret ad locū suum. & reuer-
tens appoztaret palliū qd̄ **Anastasius** ei dederat
p̄iarcha tūc **Alexādzinus**. **Hoc** autē dice-
bat ut in maiori quiete solus & deuotōne ozō-
nis possit reddere sp̄m. Cū **antonius** obediret
& ad eū ut ei dixerat cū dicto pallio rediret.
uidet pauli aīam n̄ueo cādoꝝe fulgentem inē
angeloz cateruas. inter p̄phaz & ap̄loꝝ cho-
ros in sublime cōscendere. **Cum** autē uenisset
ad locū ubi **Paulus** h̄itabat intrās speluncam
uidet corpus **Pauli** cōp̄licatis genibus. erecta
ceruice. extensis in altū manibus stare. & cre-
dēs p̄tio eū uiuū eē p̄ter orabat cū eo. **S;** post
q̄ nec geitum aut planctū aut suspiriū ab eo
audiuit. accedens p̄pius. eum mortuū inuēit.
& sepeliuit cum adiutorio duoz leonum. qui
ei cū unguibꝝ foueā fecerūt. **Vñ** dicit **Hiero.**
q̄ cadauer deū cui om̄ia obediūt & uiuūt of-
ficio gestus p̄c̄aretur. **Itē** beatus **Greg. i** ome-
de rege q̄ fecit nuptias filio suo refert de tri-
bus materteris suis ex parte patris sorozibus
q̄ eodez die religionis habitū susceperūt. **Vna**
eazꝝ uocabat̄ **Tarsilla**. alia **Emiliana**. alia **Soz-**
diana. **Due** p̄ime semp̄ in amoꝝe dei p̄oficie-
bant. **Sozdiana** semp̄ tepescebat. **Tarsilla** p̄e
assiduitate ozādi cum lauaret̄ mortua inuēta
est in geibus h̄re callos ad modum camelozū
Huic apparuit. **Felix** papa attauit b̄ti **Greg.**
oñdens ei mātionem eternā in celo dicens in
hac te suscipio. statim febre arripit̄. **Alterā** die
cum uēissent ad eā uisitandā multi. & mater
Greg. clamauit. recedite. recedite. x̄ps uēit. **Et**
hoc dicēdo carne soluta est. **Et** hoc factū est in
uigilia natalis dñi. **Cū** autē lauaret̄. mirabilis o-
dor corpe eiꝝ odor exibat. **P̄** paucos dies apparu-
it ista emiliane dicēs. sine te feci natiuitatē do-
mini. tecum faciā epyphaniam. **Veni** ergo so-
roz. **Que** ait. Cui dimitemus ergo sorozē no-
stram **Sozdianaz**. **R̄ndit.** **Sine** eā. quia inter
laicas deputata est. **Qua** autē epyphaniam dñi
defūcta. soroz eazꝝ **Sozdiana** duxit uirū cum

multorum scandalo custodē agros suos.

DE TRIBVS ORATIONIS SPECIEBVS. DIS. XXXV.

AD decimūseptimū scz de spibus cū diuersis diuisionibus ozonis. Sciendū est qd est quedā ozō uocis. alia cordis. alia opis. Ver. Dant p̄cis officium. uox. coz. opusqz piū. Actibus & uoce. corde rogare doce. Cozde rogabat moyses et oze tacebat. Exo. xiiii. Dixit dñs ad moysen qd clamas ad me cozde & nō uoce. Itē Anna. i. Reg. i. Anna loquebat in corde suo. & uox p̄itus non audiebat. Alia est uocis. ps. Uoce mea ad dñm clamaui. Susana exclamauit uoce mag. Domine deus &c. Itē ozatio boni opis. Aug. Nō cessat ozare qui nō cessat bñ agere. Ozō autē cordis mltiplex est scz cōtritionis. cōpassionis. afflictōnis. cozdis deuotōnis. feruētis dilectōnis. cōplexus siue colluctatōnis. Prima igitē spēs ozōnis mentalis est cōtritionis. q̄ est cum hō rugit. gemit. plangit. & dolet ī cōsideratōne p̄tōz & defectuū. suozū. & ex dolore flet p̄ eis ps. Rugiebā agemitu cozdis &c. Itē. Auribus p̄cipe lachrymas meas. Ipe lachryme p̄ dera uocis hñt. Ysa. xv. In uia Ozonaym clamozē cōtritionis leuabūt. Ozonaym interpretatur iracūdia iniquitatis eoz. Qd est qñ homo irascit̄ contra p̄tā suā. dolz & gemit ea. Hoc agens ozat & clamat ad aures dei fortē ut deus clamozē sine uoce exaudiat et parcat. Iob. xli. Nō parcam ei uerbis potētibus. & ad dep̄candū cōpositis. Greg. Veracit̄ ozare est ī cōpunctōne amarus geitus non uerba cōposita resonare. Aug. li. i. de spū & aīa. Ozatō ē mentis conuersio ī deū per piū & huilem affectū qd est qñ homo defectus suos recognoscēs se. ipm plangit & huiliat. & ad deū piū affm̄ eleuat. ut ea que sibi defūt benigne suppleat. De hac materia habentur supra multe auctozitates & exēpla de cōtritione. Secūda spēs ozōnis mentalis ē pius affectus cozdis cōpatientis. directus ī deum ex sp̄ssione alienoz maloz. siue sint culpe siue pene. sic clamabat moyses p̄ afflictione ppli. Exo. xiiii. Cū uideret eos affligi p̄ īsecutōne egyptioz. Itē Samuel cum ppl̄s petiūisset regē & ipse oñdisset eis q̄ mala ex hoc eis eueirent. et quāgrauiter peccassent dixerūt. oza p̄ nobis ad deū. ut nō moziāmur &c. Intulit. absit hoc peccatū a me ut cessem ozare p̄ uobis. nec tñ ozabat tūc uoce. Treñ. ii. Leua manus. t. ad deū p̄o anima bus puulozū &c. Sic faciebat Moyses ozans cozde p̄ pugnāte pplō. exo. xvii. Tertia species ozōis mētalīs est geitus afflictōnis p̄sentis. qñ uidet homo mala pene quibus hō p̄mitur. gemit sub eoz pondere. erigens affectus cozdis ad deū qui ē adiutor ī tribulatōibus q̄ inuenerūt nos nimis. Sic clamabāt filii isrl̄ gemendo. exo. ii. & iii. Eccl̄. xxxv. Nō despiciet dñs p̄ces pupilli. nec uidue cū effunder loq̄lam geitus. ps. Afflictus sum & humili. &c. Quarta spēs ozōnis ē deuotō cozdis. qñ ex

beneficioz dei recozdatōe anima pio affectu tendit ī deū. & qñ p̄cussa subita inundatōne p̄eratis sicut adipe & pmguedie repleta spiritali pinguedie saginat. & cū magis replet magis circa deum afficit. & magis ī piās & dulces lachrymas resoluit. Talis erat ozō Dauid dicētis. factū est coz meū anqz. &c. Cant. v. Anima mea liquefacta est. Cozda deuota sunt phiale plene odozamētoz q̄ sunt ozōnes sanctoz &c. apoc. v. Quinta est ī siti & desiderio feruētis dilectōnis dei. ps. In meditatiōne mea exar. ig. Itē. ps. Quēadmodū desi. ad fon. &c. Dam. Ozō est ascensus intellectus ad deū. Glo. sup illud thess. vl̄. Sine ītermis̄sione ozare. &c. Ip̄m desiderium boi ozatō est Si cōtinuū est desiderium cōtinua est ozatio. Sexta est colluctatōnis siue cōplexus. quādo ex uehemētia desiderii. & effusione lachrymaz cogit & quasi cōstringit dñm ut concedat qd petit. Sic iacob. luctans cū anglo ait Gen. xxxi. Nō dimittā te nisi pus. &c. Et ps. Si sic fortis cōtra deū fuisti. q̄zomāgis ora hoies p̄ualebis. Quibus brachiis uicit eū dicit Osee. xii. Conualuit iacob ad anglm̄ fleuit & rogauit eū. Eccl̄. li. Aīa mea luctata est cū sapientia. Itē cōstringit tenendo eū ozōnibus feruidis ne puniat quos iustitia puniēdos requirit. Sic faciebat Moyses quādo tenebat dñm ne pplm̄ qui peccauerat occiderz. exo. xxii. Dimitte me ut irascar &c. Itē cōstringit cōplexādo ne recedat. Cant. iii. Tenebo eū nec dimittam &c. Aug. Sentio quēdam oplexum cum sentio deū. m. Itē ozōis spēs notant. i. Thi. iii. Obsecro primū oīm fieri obsecratōnes. ozōnes postulatōnes. grāz actōes. Quāz nūs & sufficientia sic assignat. Quia ad ozōem tria req̄runē. quoz primū est qd ozās accedat ad deū qz ozat. qd assignat noīe ozōnis. qz ozatio ascensus intellectus ī deū. Secūdo requirit qd petitio q̄ significat noīe postulatōnis. siue petitiōnis p̄ponat̄ determinate. que quidē noiant qzdam p̄prie postulatōnem. siue indeterminatē. ut cū qz petit iuari a deo qd noiant sup̄plicatōnem. siue solū factū narretur. sm̄ illō Io. xi. Ecce qz amas infirmat. qd uocant infirmitatē. Tertio requirit rō impetrādi qd petit. & hoc uel ex pte dei. uel ex pte petentis Rō quidē petendi ex pte dei est eius sanctitas p̄pter quā petimus exaudiri. sm̄ illud dan. ix. Propter temetipm̄ inclia deus meus aurē tuā Et ad hoc p̄tinet obsecratio q̄ est sacra cōtestatio. sicut cū dicimus. p̄ natiuitatē tuam libera nos dñe. Ratō uero impetrādi ex pte petentis est grāz actio. qz de acceptis bñficiis gratias agentes meremur accipe potōza. ut ī collecta dicit. Et iō dicit glo. i. Thy. ii. q̄ ī missa obsecratōnes sunt q̄ p̄cedunt obsecratōnem. ī quibus quedā sacra cōmemozant. Ozōnes sunt ī ip̄a cōsecratione ī qua mēs maxime debz eleuari ī deū. Postulatōnes autē sunt ī sequētibz petitiōnibus. Grāz actiōnes ī fine. In pluribus eccl̄ie collectis hec quatuoz possūt

attendī sicut in collecta trinitatis. qđ dicit om-
nipotēs sempiternē deus. p̄inet ad orōis accē-
sum in deū. qđ dicit. qui dedisti famulis tuis
&c. p̄inet ad gr̄az actiōem. quod dicit. p̄e-
sta quesum⁹ &c. p̄inet ad postulatiōem. qđ
in fine ponit. p̄ dñm n̄m &c. p̄inet ad obse-
cratiōem. In collatiōibus aut̄ p̄m dicit qđ ob-
secratio est ip̄ozatio p̄ peccatis. Oratio cū ali-
quid deo vouemus. postulatio cū p̄ aliis peti-
mus. Sed p̄m̄ melius est.

**DE DECEM ORATIONIS SPE-
CIEBUS DIS. XXXVI.**

O Emde sciendū est qđ aliter diuidūt ali-
qui orōnem dicētes orōis esse decem
spēs. Dep̄catio. Rogatio. Obsecratio.
Petitio. Postulatio. Supplicatio. Suffragiū.
Dei laudatō. Gr̄az actio. & Iubilatio.

Prima igit̄ spēs orōnis est dep̄catio. que est
quādo deum rogamus p̄ malis culpe a nobis
amouendis. s̄m illud **Mat̄. vi.** Dimitte nob̄
debita n̄ra. **Psalmista.** Appropiquet dep̄catio
mea ī cōspectu tuo dñe. **Idem.** Dep̄catus sum
faciē tuam in toto corde meo. **Idē.** Exaudiuit
dñs dep̄cationem meā. **Et Job. ix.** Meū iudicē
dep̄caboz. **Ecc̄i. xxxix.** Iustus cor suum tradet
ad vigilandū diluculo ad do. qui se. il. ap̄. of-
suū in orōne. & p̄zo de. s. dep̄cabit. **Et. xxviii.**
Relinque p̄ximo uocenti te. & tunc dep̄canti
tibi peccata soluent̄.

Secunda spēs orōnis est rogatio. q̄ est p̄o
flagelli diuini ammonitiōe. uel p̄ tribu-
lationis instātis remotiōe. uel p̄ hostium op-
p̄essione. q̄ solet fieri cū ppli cōuocatiōe. iei-
iunio. orōne. exhortatiōe. p̄dicatiōe. & cum
letaniis. Sic fecit **Iosaphath** vidēs se opp̄imi
a multitudie hostiū cōuocauit pplm. orauit. p̄-
dicauit. ieiunauit. & orōem indixit. **ii. pal. xx.**
Iosaphath p̄teritus totū se cōtulit ad rogan-
dñm &c. **Cōfortat⁹** ad ppliam **Hyahely** ex-
iuit cū suis. & omnē multitudinē quā inuen-
rūt vicerūt & eaz spolia obrinuerūt. Sic fece-
rūt filii isrl̄ cōtra holofernē. **Judith. iiii. & viii.**
Clamauit om̄s ppl̄s ad dñm &c. **It̄ Hesi. iiii.**
Dixit Hesi **Mardocheo.** Cōgrega om̄es iude-
os &c. **Item. vii.** Dona mihi aiām meā p̄ qua
rogo & pplm meū. **Silr. ysa. xxxviii.** **Ezechias**
cōtra **Bennacherib.** **Silr. Ione. iiii.** **Rex** niniue
surgēs de solio suo &c. **Et post.** **Clamēt** ad do-
minū in fortitudie &c. **Propter** hāc cām in-
stituti sunt dies rogationū. sc̄z p̄pter flagelli
diuini amorōnem. **Vt** fit in festo sancti **Mar-**
ci vbi fit ḡnialis p̄cessio. et letania maior sic di-
cta. uel ad dñam illius que fit in rogatiōibus
uel qz a maiore sc̄z beato **Greg.** instituta ē. **Le-**
gitur em̄ inronicis & gestis romanoz pon-
tificū. qđ cū romani ebrietatib⁹. comessatiōis
bus & luxuriis vacarēt post pascha nō deferē-
tes sacramēto qđ receperant. imisit eis deus pe-
stem inguinariā. **Per** hūc modū **Tyberis** flu-
uius ita excreuit & ita terras occupauit qđ sup̄
muros vrbis excrecēs draconē maximum &
serpētes multos p̄focatos ad ripas adduxit.

De quozū fetore subsecuta est dicta plaga sic
dicta. qz hoīes subito inflabant̄ in inguine et
subito moriebant̄. **Qua** peste papa **Pelagius**
mortuus ē. **Et Greg.** ei inuitus substituit̄. qui
ad illā plagam remouendā romanū pplm cō-
uocauit ad orandū. **Cum** aut̄ deberz benedici
bñ. lxxx. hoīes expirauerūt ab illa plaga. **Cū**
aut̄ facta esset p̄cessio cū letaniis & orōnibus
& ip̄e sermonē ad pplm fecissz. cessauit plaga
illa. **Ideo** statuit̄ ille annuatī p̄cessiōne illam
& uocāt̄ cruces nigre. qz solebat fieri cū ueste
lugubri. uel qz p̄pter mortē hoīm euitandam
cōstituta est. **Moriebant̄** hoīes hac peste sub-
ito. et q̄si sine sensu dolois in viis. et ludis. &
comedendo & bibendo & alia quecūqz facien-
do. **Cū** autem cōuenisset ppl̄s ad sc̄m **Petrū**
p̄cepit eos p̄sternere ad orōnem ante gradus
ecclie. **A** qua cū ip̄e surgeret vidit sup̄ castrum
Crescēti anglm detergentē cru entē gladium
& in vaginā reponentē. per quod intellexit qđ
plaga illa cessaret. **Cū** cōsurgerent ab orōne in-
uenti sunt bñ. lxxx. mortui. **Dictū** aut̄ castrū
vocatū est postea castrū angeli. **Itē** nota qđ p̄-
pter cōsimilē cām dies rogationū instituti sūt
cū anno dñi. cccclv. apud viennā & in circui-
tu frequēter & p̄ annū integrū maximus ter-
remotus accidisset. p̄ quod mlte ville. ecclesie.
& domus fuerāt subuerse. & mlci p̄strati. **Et**
cū ibidem regis palatiū celeste incendiū cōcre-
marz. **Et** cū diuerse fere & maxie lupi p̄ ciuita-
tem discurrentes q̄ passim pueros & senes vi-
ros & mlteres deuozarent. **Cunqz** illi dolozi
casus quotidie accrescerēt. sc̄tus **Mamert⁹** vr-
bis archieps illos tres dies qui sunt añ ascen-
siōne dñi instituit. **Et** cōuocatis clero & pplō
p̄ tres dies p̄dictos p̄cessiones & orōnes cū le-
taniis sollempniter fieri indixit. **Ad** cuius exē-
plum p̄ totā eccliam gallicanā ep̄i cum clero &
pplō sic fieri decreuerūt ad sedandas pestes &
aeris intempiem. ad pacificādas guerras. ad ī-
firmitates & mortes repellendū. ad cōseruan-
dū & multiplicandū fructus terre qui maxio
illo tpe p̄ire uel deficere cōsueuerunt.

Tertia spēs orōnis est obsecratio. q̄ fit quā-
do p̄ maioribus et difficiliorib⁹ factis de-
um adiuramus. ut p̄ impioz cōuersione & p̄
obtentione eoz q̄ sunt sup̄ naturā uel aliquo-
rū q̄ deus videt̄ non defacili facere nisi mul-
tū adiuratus. **Fit** aut̄ hec adiuratio p̄ maxima
eius bñficia ut p̄ bñficia creationis. recreatiōis
siue incarnatiōis. iustificatiōis. p̄ opa assum-
pte miseratiōis. **Itē** fit cum adiuratur deus p̄
hiis quos maxie dilexit in hoc mūdo. ut xp̄us
& m̄ ei⁹ & sancti. **Sic** orabat **Moyfes** qui q̄-
si captū deum tenebat et vincebat. **Exo. xxxii.**
Recondare **Abrahā** **Ysaac.** &c. **Et post.** **Placa-**
tus est dñs ne faceret malū. **Sic** faciūt paupes
ioculatozes reducunt ad memoriā filiis a quib⁹
petūt p̄bitates p̄m eoz. p̄. xviii. **Cū** ob-
secratiōibus loquet̄ pauper &c. **phyl. iiii.** **Cum**
om̄i orōne & obsecratiōe pe. &c. **Obsecratiōes**
unt in fine collectaz ecclie. cum dicit̄ p̄ dñm.

Et in collectis de sanctis. cum de⁹ p eos adiu-
ratur. Itē pueri hebreoz & q̄ p̄bant & seque-
bantur dñm qui dicebāt osanna filio dauid.
Math. xxi. qd̄ est s̄m Hiero. idem qd̄ obsecro
salua. qui est filius dauid sc̄z tam pii p̄ris

OVaria sp̄s ozōnis est petitio q̄ est p̄ sup-
plendis defc̄ibus nr̄is t̄palibus sc̄z & sp̄a
libus. sicut sunt necessitates rerū tempalium
ad vitam uel corpum sanitatē & pacem t̄pales
Math. vii. Petite & accipietis &c. Postea. Pat̄
nr̄ celestis dabit bona petētib⁹ se. Idē Luc. xi.
Vbi ponit̄ exemplū de amico petente tres pa-
nes. id est tres refectōnes. Prima est in neces-
sitate corpalis p̄uisione. Math. vi. Scit̄ pater
vr̄ celestis qz̄ hiis om̄ibus indigetis. Secūda ē
refectio cordis in cōpunctione. & lachrymarū
effusione. ps̄. Auert̄ mihi lachryme mee pa-
die ac nocte &c. Tercia est i sp̄s cōsolatione.
& donoꝝ gr̄e imissione. Luc. xi. P̄r vester ce-
lestis dabit sp̄m bonū petentibus se.

OVinta sp̄s ozōnis est postulatio siue alle-
gatō. s̄m qd̄ dicit Calliodoz⁹. Ozō est ozis
rōcinatio q̄ fit cū allegatōe. qñ sc̄z petiē quod
maximū est sc̄z bonū eternum quasi ex debito
cū allegatōe. qz̄ debet ex p̄missio. qz̄ p̄misit illud
dare petentib⁹. Math. vi. Primū querite reg-
num dei. &c. qñ petiē ex debito meriti. ut cū
allegatōe q̄ quibus dedit. p̄merentē gr̄am de-
bet dare gl̄iam tanqz̄ eius p̄miū. ps̄. Gr̄am &
gl̄iam dabit dñs. Sic filii isrl̄ petiuerūt a rege
ut eos hitare faceret in optio loco terre gessen
q̄ erat optima & fertilissima q̄ interpretat̄ oplu-
ta terra. Josue petiit in p̄m̄ium sui laboris sibi
dari inē filios isrl̄ ciuitatē Thānathfare sitam
in mōte effraym ad habitandū. que de p̄cepto
dñi data ē ei. Hec ciuitas celestis q̄ sita ē i emi-
nētia fertilitatis & abundantie. totū ut dicit.
Bern̄. cōtinens qd̄ delectat. Qd̄ notat̄ in hoc
qz̄ sita erat in mōte effraym q̄ est mons fertili-
tatis. Effraym ei frugifer interpretat̄. Thānath-
fare interpretatur nūs opimenti noui. qz̄ ibi sūt
nūati a deo facti lumie amicti. ps̄. Amicti lu-
mine sic uestimēto. Itē Neemias uero petiuit
ut mitteret eū rex in ierlm̄ ad ciuitatē p̄m̄ su-
ozū qd̄ obtinuit. Illam eternā gl̄iam facit nos
postulare sp̄s geitibus inenarrabilib⁹. ut dicit̄

Extra sp̄s ozōnis ē tur. Ro. viii.
supplicatō que est cū huiliter amicos dei.
& maxie iam b̄tos rogamus p̄ eoz̄ p̄cōnio.
suffragio. uel adiutorio. apud deū obtinendo
Iob. v. voca si qz̄ habes & ad aliqz̄ sc̄tōz̄ con-
uertere. Sic Math. xv. Dimitte eā qz̄ clamat
post nos. S̄l̄r supplicatōne videbant̄ uti gen-
tiles rogātes Philippū. ut introduceret eos ad

Prima sp̄s ozōnis est ih̄m. Iob. xii.
suffragiū qd̄ est qñ eccl̄ia ul' amici dei ozāt
deū p̄ aīabus. uel ut a piculis sp̄ualibus ul' coz-
palibus liberent̄. ut in act. xii. Ozō fiebat sine
intermissione ab eccl̄ia ad deū p̄ petri liberati-
one. S̄l̄r dñs iminēte passione pzo discipulis.
Luc. xxii. Symon ecce sathanas expetiuit nos
&c. Ego autē ozauī p̄ te ut &c. Ad hoc potest

adduci exemplū Onye & Jeremie q̄ apparue-
rūt Iude machabeo ozās p̄ pp̄lo iudeoz̄ ut ob-
tinens victoriā ab hostib⁹ liberaret̄. ii. Mach.
